HInc est ꝙ etiaʒ temperātiā tali appellamus noīe qđ ipſa noīs interpretatione ſtatiʒ ſonat prudentie ſaluatiuā: eo ꝙ taleʒ exiſtimationē ſaluet qualis exiſtimatio eoꝝ que cōferunt ad vitam: hoc autē in greco magis pʒ: grece eniʒ tēperātia Sophroſine vocatur. Sinos grece latine ſenſus est. Sophros aūt ſalus ſiue ſaluatio est. h autem est nomē temperātie ſonat circa delectabile: temperat eniʒ ne vſqʒ ad ligationē rōnis delectādo perueniat ⁊ corrūpat exiſtimationē certā quā de operaᵇⁱˢ habemus. Exiſtimationē enim h pro genere ponimus pro omni acceptione. Est.n. quedā exiſtimatio

Sophroſine unde dicit.

A

in arte

in arte que est ꝯceptio coꝝ que ad artez ptinēt. Et silr in scia demōstrabiliuz est que ꝯceptio vocat: ꝛ sic est in alijs. Et h mō ꝯceptio opabiliū ad vitā ptinētiū existimatio prudētie est: ꝛ talez existimatiōez saluat tēpantia. Delectabile.n. ꝛ triste circa que est tēpantia, nō oēz corrūpit existimatiōez. V.g. existimatio est ꝙ trigonū hz tres angulos duob⁹ rectis eq̄les: ꝛ delectabile ꝛ triste hāc existimationez nō corrūpit: ita.s. ꝙ ꝓp p̄ntiā delectabilis itēpat⁹ nesciat vel nō aduertat an habeat duob⁹ rectis equales angulos vel nō: sz corrūpit eas existimationez que circa opabile sunt ꝯferēs ad vitā. ¶ Cuius ꝓbatio est: q2 p̄n^a opabiliuz sunt singularia in qb⁹ est act⁹ in q̄ tria potissima sunt.s. qs qd ꝛ cuius grā: sicut in 3° deter^m est. Inter tria potius est grā cui⁹ fiunt opabilia ꝛ finis. Cōtingit aūt ꝙ ꝓp delectationez vel tristitiā hoc p̄n^m corrūpit: ita ꝙ nō aduitat cuius grā opandū sit: sed ex delectatiōe allicit vt ꝯtra rectā existimatiōez opet: ꝛ tūc vez p̄n^m opabilium nō apparet. Nō.n. apparet ꝙ huius grā opandū sit: nec apparet ꝙ ꝓp h eligere ꝯuenit ꝛ opari ꝙ cōferēs est ad vitā. Malitia.n. delecta^a: sic diximus pncipij corrup^a est. Per oppo^m aūt tēpantia talis existimatiōis vi saluatiua: existimatio vera talis sensus vocat qn dicimus ꝙ sophrosinē sensuū est saluatiua. Ex oīb⁹ igit his ꝯcludit diffinitio prudētie.s. ꝙ prudētiā necesse est esse habituz cuz rōne vera circa humana bona opatiuū siue actiuuz. Cuz rōne aūt dicim⁹: q2 ois actio hois vt hō est, cū rōne est: hoi.n. vt hō est in oīb⁹ actionib⁹ suis cōe opans ratio. Cuz rōne aūt vera dicimus: q2 bonū hois opōnibus nō attingit: nisi fm rōnez verā opet. Uera.n. ratio est recte iudicās de fine: vbi aūt nō seruat h mēdaciū incidit: errās.n. bonū vt bonū nō eligit: sed potius sibi oppositū: silr errās nō eligit ꝓp h ꝙ fm veritatez finis est: sed ꝓp h eligit ꝙ sibi videt. Opatiuū aūt dicimus hūc habitū: q2 ois opatio hois ex electiōe. Ex electione aūt est qd in nob est facere vl nō fac: ꝛ tales sunt opōnes vtutū. Ratio.n. speculās sine electiōe nō est practica siue opatiua: sed potius ꝯtēplatiua: ꝛ talis nō est ratio vera que est in prudētia: sz potius ad opōnē est relata: circa hūc humana bona esse dicim⁹: q2 et si sit rō vera ꝛ nō de ꝯferētib⁹ ad vitaz nō ꝓpe est existimatio prudētie. ¶ Incidit aūt dubiū de his que dicta sunt. Diximus.n. in antehabit: ꝙ ꝓp delectatiōez mala agimus: ꝛ ꝓp tristitiam bona fugimus ꝛ a bonis recedimus. Hec aūt delectatio ꝛ tristitia ꝓp quaz gnālr mala agimus ꝛ bona omittimus nō pōt esse aliq̄ spālis delectatio circa quā sit aliq̄ vtus spālis: q2 nō sufficeret ad toti⁹ vite corruptiōez. Uidet ḡ ꝙ nō tm̄ delectabile circa qd est tēpantia sit corruptiuū existimatiōis prudētie: sed delectabile in gn̄e circa qd est ois vtus moralis. ¶ Adhuc prudētia nō solū ordinat tēperātiā: sz ꝛ forti^m ꝛ iustitiā que morales sunt vtutes. Nō ḡ tm̄ corrūpit a delectabili itēpantie: sed ꝛ a delectabili iniustitie ꝛ timiditatis ꝛ audacie. Nō ḡ deberet dicere ꝙ tēpantia saluat prudētiā: potius q̄ forti^o vel iustitia. ¶ Ad h aūt rndet Eustrat. p° qdez ꝙ cardinales vtutes morales sorores sunt: ꝛ qd dr de vno itelli de alio: sicut igit dr de tēpantia ꝙ saluat prudētiā: ita itelli de fortitudine ꝛ iustitia. Scdo rndet ꝙ delectabile ꝓp qd mala facimus: ꝛ triste ꝓp qd bona omittimus gnālr sumit: sicut dicit obtio. Sed tm̄ qd gnābile est tēperātie appropriat: eo ꝙ tēperantia circa magis delectabile est: q̄uis ois alia vtus moralis etiā circa delectabile sit: vn̄ ꝓp approbationē ꝛ nō ꝓp ꝓpetatē tēperātie attribuit ꝙ sit saluatiua prudētie. Tertia sua rnsio est ꝙ in q̄libet vtutuz cardinaliū moraliū tria sunt.s. difficile, delectabile, ꝛ rectū: vn̄ q̄libet illaꝝ vtutū dr dupl'r: gnālr.s. ꝛ spāliter: tēperātia eniz spāliter dicta est circa delectabile tact⁹ tm̄: gnāliter eniz dicta tēperātia circa omne delectabile est cuiuslibet vtutis. Silr fortitudo dr dupl'r: gnālr ꝛ spāliter: spāliter qdem dicta est circa difficile qd est in bello tm̄: gnālr vo dicta circa omne difficile cuiuslibet virtutis: ita etiā est de iustitia. Circa equum.n. ꝛ rectū ꝙ in cōmutatiōib⁹ ꝛ distribu^{bus} est iustitia spālis. Circa equū aūt ꝛ rectū ꝙ in oibus est vtutib⁹ iustitia gnālis est. Et h modo vtutes colli^{ge} sunt sibi vt tēperātia sine recti^{ne} iustitie nō sit ꝛ sine ꝯstantia fortitu^{dis} ꝛ fortitudo sine tēperātia modifi^{ce} nō sit: ꝛ sine recti^{ne} iustitie qua finē attingit ꝛ iustitia sine ꝯstātia forti^{dis} nō sit: nec sine tēperātia que modū ponit. In oīb⁹ ḡ his prudētia modū inuenit: tēpantia ponit: iustitia tāgit: forti^{do} tenet. Cuz ḡ dr ꝙ tēperātia saluat prudentiā: dicit Eustr. ꝙ de tēperātia gnāli nō spāli itelli. ¶ Sine pīudicio antiq̄ruz posset breuiter rnderi fm ꝓdicta: ꝙ q̄uis ois vtus circa delectatiōez sicut dria iter delectatiōes est. Delectabile eiz inatum circa qd est act⁹ ꝓfundatū est in nobis: eo ꝙ inatū est ꝛ multū adherēs: eo ꝙ ꝯtēporaneū est nimis afficiēs: eo ꝙ vere simillimū est ꝛ ꝯuenientissimū: ꝛ violēter ligās: eo ꝙ iucūdissimā hūt delectatiōez per qd tota aīa trahit ꝛ ligat: vn̄ q̄uis alia delectabilia aliqd ꝓstēt ipedi^{mis} existimatiōi prudētie: nō tn̄ corrūpūt eaz: sicut delectabile act⁹: ꝓp qd tēperātie qd tale delectabile moderat plus q̄ alij vtuti, attribuitur saluare prudētie existimationem.

¶ Cap. 12^m. De differētia prudentie artis qua virtus dr esse artis ꝛ non prudentie.

SEd tamē adhuc est alia dria artis et prudētie: artis qdez.n. virtus est: prudētie aūt vtus nō est: sz ipsa vtus est. ¶ Uirt⁹.n. dupl'r dr. Est eiz vtus habit⁹ laudabilis ꝑficiēs operātē ꝛ opa: ꝛ h modo ars vtus est ꝛ iter itellāuales vtutes nūata: vtus etiā vlt^m est po^a in re fm po^{as} actiuā vel passiuā: vtutis.n. passiue vlt^m in minimo est. Actiue aūt po^e vtus in maximo: ꝛ h modo dicta vtute omne id qd statū suo noīe dicit in vlt^o nō ordinat ad aliquā vlteriorē vtutē: q2 si h fieret esset vltimi vlt^m, qd est incōueniēs. Diximus aūt in ꝓcedētibus ꝙ virtus moralis stat in vlt^o suo qd est eupraxya: in quo si nō stet, vtus nō est. Eupraxya.n. ꝛ nihil aliud eius finis est: vtutis ḡ moralis virtus nō est: que vlterius ponat in vlt^m: prudētia vtus moralis est. Ars aūt finem nō hz suā opōnē: ꝛ saluata rōne artis ꝯtingit peccare arti^{ces} vel ꝓp negligētiā: vel ꝓp desidiam: q2 nō ꝓcurat que ad artez exigunt. vel forte q2 ꝑfect⁹ in ꝓncipijs artis nō est: vel q2 nō bn̄ ordinat ꝛ determinat p̄n^a ad finem: ꝛ sicut ars de rōne artis nō est in sui vlt°. In vltimo eniz est qn̄ bn̄ dirigit: ꝛ ꝑfecte in omne qd ad arti^{ces} exigit ꝛ in opibus in qbus artifi^{cis} ꝓducit: ꝛ qn̄ bn̄ dirigit in vltimam artificiati ꝑfectionē: artis igit vtus est: prudētie aūt virtus nō est. Cuius signū est: ꝙ ille qui in arte peccat volēs eligibilior est: ꝛ minus vitupabilis: q̄ ꝙ peccat ex ignorātia: corrigibilior est eiz error volūtatis q̄ ignorātie. In prudentia aūt opposito modo se hz: peior.n. est in opa^{bus} peccans ex volūtate q̄ ex ignorātia. Ignorātia enim in talibus meret veniam vel ignoscentiā. Malitia aūt volūtatis, criminis habet accusationem.

¶ Cap. 13^m. In qua parte aīe sit prudētia: ꝛ de dria intellectus fm subam ꝛ fm habitum dicti.

CUm autez due ꝑtes sint aīe ratio^{lis} que essentialr est rōnez habens. Una qdem itelle^{ua}. Alia vo acceptiua cōtingentiū que opina^a vocat. Prudentia in altera istaꝝ ꝑtiuz erit.s. inopinatiua ꝛ

Margin: Delectatio et tristitia corrūpit estimationem. — B Dubitatio p° — 2° — R° Ad p^m — Tria sunt in q̄libet virtute. — p° Auctoris opinio. — Virtus dr 2°. — Ubi ꝯtingit defectus artis. — Artis est 6°.

illius ptis vius est: sic dispositio pfecti ad opt^m. Opinio eis est circa ztingēs aliter hīc. Circa h idem etiā est prudētia: ⁊ quecūqz circa idē obm sunt, eiusdē ptis aie sunt: qz ptes aie fm obta distribuunt: opinio igit et prudētia eiusdē ptis sunt ⁊ nō in itellu. Quis aūt dicamus ꝙ prudētia inopinatiua pte aie sit: tn̄ nō est habit⁹ qui soluz in rōne sit: sicut opinio est. Hoc aūt signū est: qz omni habitui qui solū in rōne est accidit obliuio: prudētie aūt nulla obliuio est: prudētia igit in rōne sola nō est. Cuz h.n. ꝙ est in rōne et electiua ⁊ actiua est humani boni: vnde qūuis ars ⁊ prudētia inopinatiua rōne sint ⁊ cū rōne vera: tn̄ arti accidit obliuio: prudētie aūt nō: quia ars plus est in ratione: ⁊ prudētia plus in ope. Cōtingit aūt h: qa fm artē nō opz hoiem semp opari ad totā vitā: fm prudētiā aūt semp opari oportet. Subita.n. prudētie sunt sine qbus nō est vita: qz in oib⁹ opatiōib⁹ hois aliq̄ modo necesse est seq ordinē prudētie vel vita destruit. Qd aūt semp in vsu ⁊ exercitio est, obliuionez accipe nō potest.

Intellectiua et opinatiua sūt diuerse ptes anime.

¶ Qd aūt nos aliā dicimus esse ptē itelle^ua ⁊ opinatiuā fm pipatbe^cos ⁊ stoicoꝝ ⁊ epycureoꝝ dcm̄ est. Et in hac nihil dicere intēdimus nisi fm ꝙ ab ipsis traditū est: lectoris iudicio relinqūtes quid ⁊ qua rōne dictuz tenere velit. Oium aūt triū sectaꝝ vna ratio est qua approbare itēdūt itellectualē esse aliā ptez a pte aie que opinatiua vocat. Hec aūt est ratio ipoꝝ: ꝙ quoꝝ act⁹ eētiales in for⁹ ⁊ ptāte subalr differūt: pn⁹ illoꝝ actuum differre sbalr necesse est. Intelligere aūt act⁹ est qui per se itellectualis est sube que nō est itellectualis: ex h ꝙ aliqd accipiat: sed fm seipam. Pars aūt ratio^lis in hoie nō itelligit nisi acceptiōe alicui⁹ itelligibilis in quo lumē agētis itellis est. Intelligere g ptis ratio^lis in hoie ⁊ itelligē itellectualis sube equocuz est. Intelligē.n. itellualis sube per seipm est sine appōne itelli^lis: ita ꝙ ab itelligibili de suo itelligere nihil accipit. Pars autē ratio^lis in hoie nō itelligit nisi per appositūz itelli^lis a quo accipit ad itelligere pfectionē. Hoc aūt qz nō inusitat in phia difficile est videre phi ponūt ex^m. In visibili.n. alia est po⁹ lucis: alia coloris ad visum. Quātuz.n. vtrūqz actū sit visus: tn̄ po^a lucis est ex se subalr agere visum ad actū. Color aūt nō facit h ex se ⁊ subalr: sed opz ꝙ lumē sit in ipso vt habitus ⁊ possessum vtute cuius agat visum de po^a ad actuz. Nō g eadē est po⁹ lucis ⁊ coloris: sed vnū ex se ⁊ subalr agit. Alteꝝ aūt ex possesso ⁊ habitu supueniēte: ⁊ iste habitus ⁊ possessio ↄstituēs est colorē in nā coloris: nec color esset: nisi talis eēt supueniēs possessio ⁊ habit⁹: pp qd

Arist.

dicit Ari. in 2⁰ de sensato ꝙ color est extremitas pspicui in corpore terminato. Si aūt dicimus ꝙ oculus videt ⁊ opationez exercet visus: inueniemus ꝙ etiā h est altera po⁹. Nō.n. facit hāc opationez nisi habitus supueniēte et possesso pmi agētis ⁊ visum scdi: ꝙ pmi agentis in se hz habitū per oēm eūdez modū est in itelli^ua ⁊ itelligibili ⁊

B

itellectu hois siue itellectuali pte. Intellis eniz suo subali lumine agēs for^as oēs facit itelligibiles ⁊ ↄstituit sua intellectualitate. For^a aūt acta per h ꝙ ipsa opus est itellectualis sube, itelli^lis est, habitu supueniēte sibi ⁊ possesso s. lumine itelle^lis sube: omne est actū ⁊ ↄstitutū per se ab aliqua for^ez participat agentis ⁊ ↄsti^ris ipm. Participat aūt vt habitu ⁊ possessionē: nec for⁹ itelli^lis esset: nec itellectualis opōnis pn^m: nisi dicto mō lumine intelle^lis sube ↄstitueret. Pz igit ꝙ alia ē po⁹ itelli^lis: ⁊ alia sba itelle^lis: ⁊ alia ptis aie que itellectualis vocat. Pars.n. itellectualis nō itelligit: nec itellectualē opōnez facit nisi appōne itelligibilis. Lumine.n. qd vt habitū ⁊ possessuz est in lumine itelligibili etiā ipsa aie pars pn^m efficit itellectualis opōnis. Intellectū igit nō hz vt itellectū h est itellectualiter opantē: nisi vt aliūde habitū ⁊ possessum: h aūt itellectuali sube ↄuenire nō pōt. Quia sicut aūt id quod subalr ⁊ eētialr calor est nihil est ꝙ calidum faciat vel calorē: ita aūt id qd itelle^le est per sbam: nihil est ꝙ itellectualitatē faciat vel itelligi^lez: pp qd de talib⁹ sbstātijs dicit Aris. ꝙ si nō itelligerēt p seipsas oporteret ꝙ hēent aliū itellectū diuinū ⁊ iret in ifinitum. Ex oibus igit his pz ꝙ itellect⁹ per subam vltra aiam est: ⁊ itellect⁹ qui in aia est lz per po^az ⁊ rōnem pars aie sit: tamē nisi opationes itellectuales exercēs per studiū adeptus est: ⁊ aliūde habitus ⁊ acqsitus. pz etiaz ꝙ itellectualis pars que in aia est nō est in ea nisi per ↄuersionē ⁊ assimilationez ad itelligētiam ⁊ nō per ↄuersionez ad sensus. Opinatiua aūt pars in ea est per imixtionē ⁊ ↄuersionez ad sensibilia: ⁊ aliam fm formā ⁊ spēm que sub^le esse dat potētie: necesse est ptem itellectualē ⁊ opinatiuā: qūuis ambe radicent in subo ꝙ est aia. Hec igit ratio est oiuz philosophoꝝ ꝙ distinguūt iter itellectum fm subam et inter intellectum possessum ⁊ habitum.

¶ Cap. 14^m. De ↄstōne for^ru ab itellualib⁹ substātijs.

In cōstitutione aūt formaꝝ itellectualiuz valde differūt epycuri a stoicis. Epycuri eniz oēs formas dispōnes materie dicūt. Quis eniz primi epycuri vltra spēm materie in causis se nō eleuauerint: ⁊ mām pn^m oium reru esse dixerūt: tn̄ qui magis pfecerūt in opinione illa posuerūt māz ⁊ efficiētez. Formā aūt nō dixerūt nisi mere accidēs in puritate maiori ⁊ minori. Et hoc qdez in simplicib⁹ dixerūt esse raritatē ⁊ densitatē. In cōpositis aūt ex ipsis que in mā sunt dixerūt causari ⁊ formari cās coagulationis et liquefactionis et huiꝰ. In cōplexionatis aūt nō dixerūt esse nisi vel cōplexionē vel harmoniā cōplexionē ↄtingētem: vnde 4^or accn̄tia ponebant materie. In simplici enim ponebāt raruz ⁊ densum que dicebāt accn̄tia materie esse ex pōne ptuz eius ppinque vel remote. In cōmixtis aūt cōmixtionem ponebāt accidēs: mixtio enim miscibiliū alteratoꝝ est vnio. Accidit aūt miscibilibus mixtis ex mutua actione ⁊ passione remoueri ab excellētijs ⁊ venire ad mediuz in qbus mixtio nō est forma subalis. In mixtis autē ⁊ cōplexio^tis in qbus mixtio fm pportionē ad vnum dicūt harmoniā accidēs esse materie ⁊ nō formā subalem. In cōplexionatis aūt ⁊ cōpositis que in qua posita ex diuersis genere cōposita sunt sicut ex capite, manu, pede, ⁊ hꝰ. Accidēs tn̄ dicebant esse harmoniā ↄōis sicut est in aia: ⁊ ppter diuersitatē cōpositi diuersas potētias dicebāt esse in aia: sicut est alia potētia in humido ⁊ alia in sicco: ⁊ alia mixta in cōmixto: ⁊ alia in simplici: ⁊ quid ponebāt efficientē ex illustratione efficiētis dicebāt materie venustatez ⁊ pparationem hāc differre fm diuersam materie pparationē: nihil tn̄ esse formā: sz accidēs materie ex diuersa pparatione: ita ꝙ etiā itellectū possibilem pparationē materie dixerūt esse: qn̄ inclinatz. s. mā eleuat vt illustratio primi efficiētis resultet in ea fm modū aliquem qui pmo efficiēti vicinus est: ⁊ ideo itellectū accidēs eē dicūt separabile a materia pturbationē illius pparationis. Hi ergo qui nullā formā dicūt esse subalem formā: nec educi de mā nec io induci in materiaz dicūt. Hi ergo intellectū po^lem qui pprie ⁊ per se forma hois esse di, accidēs dicūt esse in corpore ⁊ destrui tali pparatōe corpis destructa. ¶ Huius aūt sue pōnis quatuor dixerūt esse rōnes. Quaruz vna est ꝙ omne qd in mā est fm possibilitatē materie est in ipso: possibilitas aūt eius est ex pncipijs que sunt in ipso: pncipia aūt sunt potētie pmaꝝ qualitatū. Nihil g est in

A Positio Epycureoꝝ.

Intellis possi ⁊ corruptibilis fm Epycureos.

B Quatuor rōes Epycureoꝝ.

p^a ratio

ipsa nisi

ipsa nisi ꝙ ex ꝑncipijs causari pōt: hec aūt pn̄ᵐ accidētia sunt eius. Qḋ aūt ex accn̄tibꝰ causat̄ accn̄s est: oē igit̄ qḋ

2ᵃ ratio

est in mā accidēs est. ¶ Scḋa ratio accipit̄ ex rōne pn̄cipij ſm nāꝫ eius. pn̄ᵐ enim est qḋ ante oīa ꝛ quod post. Phice aūt loquēdo nō est pn̄ᵐ nisi qḋ est pᵐ per motuꝫ: sola aūt mā est que ante oēm motū ꝛ post oēm motum ꝛ subm oīs motus ꝛ mutatiōis: sola igit̄ mā pncipiū est. Omne aūt qḋ ꝯsequitur subeꝫ pncipij accidens est: omne

3ᵃ ratio

igit̄ qḋ in mā fit accn̄s est. ¶ Tertia rō est sumpta ex rōne pme sube. Prima enim suba est: que pᵒ ꝛ pncipalr̄ ꝛ maxime substat: substare aūt hoc ex rōne pme sbe est: hyle aūt siue mā pᵐ subm est: vt in pmo de gn̄atione dī. Omne igit̄ qḋ sube habet rōneꝫ necesse est substare: forma aūt nulli substat: sube igit̄ nō habet rōneꝫ: ꝛ ideo cōsequitur ꝙ accidēs sit. Scḋa eniꝫ suba necesse est ꝙ ratio-

4ᵃ ratio

neꝫ accipiat a pᵃ. ¶ Quarta ratio est: ꝙ omne qḋ extrinsecus est alicui accidēs est illi: extra aūt essentialia materie forᵃ est: q2 forᵃ nihil est de essentialibus māe: forᵃ aūt accn̄talis in mā est. ¶ Iste igit̄ sunt rōnes epycureoꝝ dicētiū formā nō esse pn̄ᵐ nec subam: sed accidēs māe: ꝛ hī itellectum dicebāt esse in mā ad ꝑparationeꝫ ꝛ accn̄s esse māe: ꝛ destructa tali mā destrui itellectuꝫ. Dicebāt tn̄ pᵐ esse efficiēteꝫ cuius actionis receptio in mā eēt intellectus. Illā aūt dicebāt ꝙ eēt esse ꝛ nō eēntia vel sba: ꝛ dicebāt ꝙ eēt materie esse talis vel talis: ꝛ cum nō haberet essentiā: sed esse solū accn̄s esse dicebāt. Accn̄s eiꝫ est qḋ habet esse ꝛ nō essentiā. ¶ Scḋm hāc igit̄ epycureoꝝ phiam itellectꝰ esse est: sed illud esse ex cōparatiōe māe est ad efficiētē pᵐ. Opinatiua aūt pars etiā esse est ſm eos ꝛ nō essentia aliqua vel suba: sed esse illud est ex

C

Alexā. error.

cōparatione ꝑparatiōis māe sic vel sic ꝑparate ad sensibilia: ꝛ ea que accipiuntur cuꝫ sensibꝰ. Et in hoc errore fuit Alexāder cōmē. Ari. qui ħ exp̄sse tradidit in q̄dam liᵒ quē fecit de noy: ħ est de mēte ꝛ deo ꝛ mā pᵃ: ꝛ itātuꝫ in isto errore cōcessit ꝙ etiaꝫ cām pᵒˢ que deus est dixit esse māꝫ: sed vsq3 ad vltimū ꝑparatā. Māꝫ aūt subiectuꝫ pᵐ esse dixit nullā hn̄s ꝑparationem. Media v̄o ex diuersitate ꝑparationis diuersificari in esse dicebat ſm diuersitatē ꝑparationis illius iter efficiēs pᵐ ꝛ effectum vltimū: ita tn̄ ꝙ oēs resonātie efficientis pmi in mā esse

A

dicerēt ꝛ nō essentiā: ꝛ ideo accidētalia oīa ita esse ꝛ destructibilia cum mā. Hec igit̄ positio epycureoꝝ: q̄uis erronea sit: tn̄ hoc bene dixit ꝙ alterū incise pn̄ᵐ intellectus posuit: ꝛ alterum opinatiue partis.

¶ Cap. 15ᵐ. De rōne stoicoꝝ circa ꝯstōnes formaꝝ.

Quinq3 rōnes stoicoꝝ.

1ᵃ ratio

Stoici autem oīa ꝯtraria dixerūt. Oīa enim que in naturis fiūt formis attribuerūt: hn̄tes quinq3 rōnes. Quaruꝫ vna est ista: ꝙ nos videmus forᵃᵐ esse in materia ꝛ nō ex mā: nec ab aliquo causari pn̄ᵐ māliuꝫ. Cum igit̄ in mā sit finis motꝰ: oportet ꝙ aliqd illius motus sit pn̄ᵐ: nihil auteꝫ mouet nisi ſm vnam formā. Oportet igit̄ ꝙ mouēs ad formā forma mouēs sit: ꝛ ſm rōnem forme moueat: forme er-

2ᵃ ratio

go sunt que pmo mouēt. ¶ Secūda ratio est: q2 omne mouēs equocuꝫ ad vniuocuꝫ reducit̄. Cōstat aūt ꝙ mouens māꝫ ad formā: aut est equocuꝫ aut vniuocū: si est equocum ad vniuocū reduci pōt: equocū multiplex est: ꝛ vniuocū simplex ꝛ vnuꝫ: omne aūt multiplex ad simplex ꝛ ad vnum reducit̄ ſm phiam. Oportet igit̄ ꝙ pᵐ mouēs in eadem sit forma cum vltimo ꝙ ex motu ꝯstituit̄. Mouēs ergo pᵐ est forma in q̄libet genere mouē-

3ᵃ ratio

tium ꝛ motoꝝ. ¶ Tertia ratio: q2 cum sint cause pme ꝛ imediate pme non efficiūtur immeᵗᵉ nisi per medias in q̄bus determināntur ꝛ restringūtur: ad hoc ꝙ cōuertibiles sint cum effectu vltimo: medie autē que restringunt ꝛ determināt nō possunt facere aliqd nisi virtute pmarum. Oēs ergo medie iformātur per pmas: ꝛ oēs prime determinant̄ per secūdas ꝛ medias. Oportet igit̄ ꝙ primi termini mouētes forme sint: sed determinate ad vltimum motū per medias. ¶ Quarta ratio: ꝙ id qḋ est in

4ᵃ ratio

potētia nō exit in actum nisi per id qḋ est in actu. Cōstat aūt ꝙ oīs forma que in materia est nō est nisi de potentia educit̄ in actum. Educit̄ igitur per id qḋ in actu est: quolibet ergo ascēdat̄ in causis que habēt actum pmixtuꝫ cum potētia: necesse ꝙ veniat ad actū puꝝ cuius nihil in potētia est: al's eniꝫ iretur in ifinitū. Primū ḡ mouens in oībus forma est ꝛ actus purus. ¶ Quinta ratio

5ᵃ ratio

est: ꝙ dicūt cām corruptionis nō esse nisi potētiā ad nō esse quā dicūt esse potētiā materie. Nō aūt idem pōt eē causa esse ꝛ nō esse nisi per accidēs: sicut dicimus p̄ntiaꝫ gubernatoris nauis esse cām salutis nauis: ꝛ absentiam cām piculi. Nos autē ħ querimus de causa per se ꝛ que mouēdo ꝛ gn̄ando causa est: ꝛ sic qḋ est causa eē ſm formā, nō est causa nō esse. Causa aūt esse ſm formā per se nō est nisi forma: forme igit̄ sunt que pmo generāt ꝛ primo mouent. ¶ Hac igit̄ opione per tot rōnes sic cōfirmata: dicūt Stoici ꝙ qdam ex formis primis cōstituit̄ ad silitudinem ipsaruꝫ formarū. Quidā aūt ꝑpter esse vmbrosum materie inquātum agūt forme cōstituit̄ ad possiᵗᵉˢ materie. Quidā aūt cōstituit̄ ad modū vtriusq3: ꝙ ad modum formaꝝ cōstituit̄ dicūt esse separatū: ꝛ siquideꝫ vicinius est formis ꝯstituētibꝰ nihil habet de potētia vel quasi nihil: ꝛ hoc dicūt esse imagiuationē pmarū formarū: sicut ille sube quas Plato Heroas dixit: et

Plato

Calodyemones ħ est bonos itellectus vocauit. Si autē remotius distāt plus ꝛ plus distāt ſm ꝙ plus itercipiūt de potentia materie: ꝛ ſm ħ dicūtur Cacodaymonos .i. mali itellectus: ħ est mētes malitie subiecte. Id autē qḋ ſm vtrūq3 cōstituit̄ aīa rōnalis: que ſm ꝙ est aīa potentiā sequitur materie: ꝛ ideo diffinit̄ Endelechia esse corporis organici phici. Scḋm autē ꝙ ratioˡᶦˢ est ꝛ itellectualis ipossibile est eam Endelechiā esse alicuius corporis: q2 sic nullius pars corpis est actus: sꝫ ante omne corpus

B

est: ꝛ ꝯsistētia corpis fundat̄ in ipsa ꝛ nō ecōuerso. Propter qḋ Stoici dixerūt aīas ſm subam imortales esse et eternas: eo ꝙ pn̄ᵃ earuꝫ eterna sunt: ꝛ nō corrūpi eas dixerūt: nisi ſm ꝙ aīe sunt ꝛ Endelechie corpoꝝ: ꝛ hoc est corrūpi ſm accidēs ꝛ nō per se. Ex hac igit̄ opinione pꝫ ꝙ itellectꝰ ex altero est ꝛ opinatiua pars ex altero: itellectiua enim pars a formis est separatis. Opinatiua autē ab Endelechia est que est perfectio p̄tis illiꝰ: que senbꝰ ꝛ sensibilibꝰ vtit̄ ad vite ꝯseruatiōeꝫ ꝛ regimē. Scḋm hāc igit̄ opioneꝫ sic itelleˡᶦˢ pars est altera ab opinatiua.

¶ Cap. 16ᵐ. Qualiter peripathetici dicūt ꝙ intellectiua pars altera est ab opinatiua.

Peripathetici aūt medij quasi existētes inter stoicos ꝛ epycureos viderūt ꝙ etiā si pme forme ponerent̄: sicut dixerūt stoici: actio earū nō tangeret māꝫ nisi per aliqḋ cōicans māe. Po-

A

tētias qdem formas posuerūt esse intelligētias: sed esse actiones: per ħ ꝙ sunt motores spheraꝝ: motꝰ eiꝫ spherarum cause sunt oīs motus qui fit in mā. Ordines aūt motuū ꝛ motoꝝ ex p̄te mobiliū qdem ponebāt in quinq3 eēntijs pmis ꝛ simplicibus: que sunt quattuor elm̄ta ꝛ celū, ex p̄te motuū ponebāt spheraꝝ .x. septē ponebāt aūt planetaꝝ: vnā aūt motus figuraꝝ ꝛ imaginū quā vocabāt orbem decliuiꝫ: vnam etiā motꝰ recti vel regularis qui est motꝰ mobilis pmi qḋ mouet ad esse omne qḋ est.

Decimaȝ vo ponebãt motus actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ qd̄ eſt mouēs ad eſſe determinãs: cuius vtutes euȝ oibus ſuperioribus in cētro gñati ꝯgregãtur ⁊ ipm̄ educūt de potētia ad actū tali materie poſſibilē. Dicūt enim oēm actū agētis in materia recipi ſm̄ poteſtatē materie: et nō ſm̄ poteſtateȝ efficiētis ⁊ formã que eſt in materia ⁊ educit de ipſa: dicūt nō eſſe in materia ex pncipijs materie vel qualitatibꝰ eius: ſed ex pncipijs pmis itellectualibꝰ agētibus que per totã trãſeūt materiã: ſicut vtus cordis trãſit per mēbra corporis. In vtute eniȝ cordis ſm̄ Ari. ita eſt ꝙ a corde nutrimentū accipit vtuteȝ qua actione nutriat corpus: ⁊ forma iſta accepta id qd̄ ꝯñs formam eſt habet. i. motuȝ ad mēbra ſurſum ⁊ deorſum: dextrorſuȝ ⁊ ſiniſtrorſum: ⁊ in pfunduȝ ⁊ ſupremū: vbicūq; mēbra ſunt que vitam nutrimētaleȝ a corpore pcipiūt. Probatum enim eſt apud pipatheticos ꝙ ab eodem generãte eſt forma ⁊ motus localis ꝙ per ſe formaȝ cōſequit: vnde ſicut nutrimētum in medio thalamo cordis virtuteȝ habet vniuerſalē que ad oia mēbra determinabilis eſt. Ad nihil aūt determinari pōt ꝙ ad cor nō habet relationē: ⁊ cum determinat aliquãdo determinat ad cordis ſimilitudineȝ: aliquãdo aūt ad id qd̄ vicinius eſt ſimilitudini cordis: aliquãdo vo ad vltimū qd̄ maxie diſtat: ꝙ tñ ad cor ſm̄ vitã habet relōnē: ita dicūt ꝙ forꝫ que ſunt itelligētiaꝝ opa: in ipſis gdeȝ itelligētijs a gbus pcedūt ad ſimillime itelligētiaꝝ ſunt. In remotiſſimis aūt vmbre quedã ſunt itelligētiaꝝ: ſed mãe potētijs ſic iūcte: ꝙ ſm̄ eſſe mãe ſunt in ipſis ⁊ iſeparabiles ab eis. Aliquãdo aūt vincit in eis ꝙ itellectuale eſt: ⁊ tūc inquãtum illud vincit in eis tantuȝ neceſſe eſt eleuari ſupra materiam. Et ſiquidem ad puꝝ intelliꝰ eluceat nullius corporis erit actus vel endelechia: ⁊ quãtum imergitur intra materie potētias: totuȝ recedit ab itelligꝰ per diſſimilitudinem: ⁊ ſic endelechia materie efficitur. ¶ Adhuc autē dicunt ꝙ nihil corruptibile eſt niſi ꝙ a corrupbꝫ ⁊ a corrūpentibus cauſatur principijs. Intelligꝰ auteȝ incorruptibile pnm eſſe dicūt ⁊ vle ⁊ ſimplr ſiue immixtū. Qd̄ igit a ſolis illis ſm̄ pnm ſue ꝯſtitutionis depēdet ⁊ incorruptibile eſt ⁊ vle ⁊ ſimplex. Incorruptibile gdem qꝛ nihil penitus habet ꝯriuȝ: vniuerſale aūt qꝛ nihil habet ꝙ ipſuȝ vel ad diaȝ loci: vel ad diam tpis determinēt. Simpꝫ vo qꝛ purum eſt ⁊ imixtuȝ nulli nihil hñs cōe: ſicut dicit Anaxa. ſi eniȝ hrēt aliqd cōe: opȝ ꝙ ad illud pmixtione eēt determinatū: ſicut vtus determinat ad mēbra. Hoc auteȝ nō eſt verū: qꝛ oibus applicabilis eſt itellectus: qd̄ eſſe nō poſſet ſi ad aliqd in genere eſſet determinatum. ¶ Huius exēpluȝ ponūt in artibus. Forma. n. artis ad lignariam edificatiuaȝ determinata applicabilis nō eſt ferrarie vel lanificio. Intellectꝰ aūt oibus applibꝫ eſt. Dicūt eiȝ ꝙ per opatione itelligētiaꝝ nouē ordinū pnꝫ nihil deterꝫ ad mãȝ gñalē ⁊ corruptibilē: q̄uis mã oibus his moueat tanq̄ a motoribꝰ pmis nō pximis. A motore aūt decimi orbis ad mãȝ incipit inclinari: ſed nō in toto mãe ſubijci. Ab ipſis aūt pncipijs mãe que ſunt calidū/frigidū/humidū/ſiccū/ad mãȝ deterꝫ ⁊ mãe ſubijcit. Oia eniȝ hec tria inſtrã itelligētie ſunt: ſicut oēs vtutes corpis ſunt inſtrã cordis: ſed vtus cordis in eis tribꝰ modis eſt: in corde enim vlis: in mēbris aūt officialis ſicut in epate ⁊ cerebro ⁊ ſtomacho: ⁊ ceteris huiꝰ magis coartata eſt. In mēbris aūt pticularibus ad vnū deterꝰ eſt: ⁊ oēs has vtutes ſbet: ⁊ ſimplr habet ⁊ immãliter et vnite cor quod pnꝫ oium eſt ⁊ formalr hñt: ſed in eē efficiunt determinato ſm̄ ꝙ iam influxe ſunt mēbris: vñ ꝙ vtutes ſunt habent a corde: ꝙ autē in tali eſſe vel tali ſunt a mēbris hñt ⁊ a pncipijs mēbroꝝ. ¶ Per omneȝ eūdeȝ modū ita ſunt forme pcedētes ab itelligētijs: que quideȝ ad imaginē itelligētiaꝝ ſunt ſimplices ⁊ pure et imixte ⁊ vles. Que aūt ab hac puritate ad materiã recedūt inclinate ſunt ⁊ fumoſe: ſicut ala ſenſibilis cū oibus viribus eius que vere ſubiecte ſunt materie nō aie: ſed ptis aie nomē merētur: ⁊ ꝙ iſte forme ſm̄ eleuationē a mꝰ determinent: dixerūt peripathetici ꝙ ſolus itellectꝰ ſicut incorruptibile a corruptibili ſeparat a ſenſibili et vegetatiuo: ⁊ ꝙ ipſe ſolus vlis eſt ſm̄ ſe nec determinat ad aliquē niſi per eſſe qd̄ habet in ſenſitiuo. Dicūt enim ꝙ nihil phibet ꝙ aliqd ſm̄ ſe ⁊ ſm̄ ſubſtãtiaȝ veri vle ſit: ⁊ tamē per eſſe determinatū ſit ad vnuȝ. Et ex dicto iſtoꝝ ſtatim apparet ꝙ alterū eſt poꝰ intellꝫ ⁊ opinatiua: qꝛ pceſſio intelligētie pars eſt itellectiua. Pars aūt opinatiua pceſſio eſt illius motoris qui inclinat ad materiã: ſicut in pceſſione cordis: aliã diximus cordis pceſſioneȝ: aliã epatis: ⁊ aliã mēbroꝝ determinatoꝝ. Cuȝ tñ in oibus his pmus fons ſit virtus cordis: ⁊ ideo a ſcdis ⁊ tertijs nihil pcedat ſine cordis vtute: ⁊ ideo eſt ꝙ peripathetici totū opus nature dixerūt opus eſſe itelligētie. Formatiua eniȝ que eſt in q̄libet cōparatione itelligētie opat ⁊ nō opatione nature. In plãtis. n. in nouo exiſtens per ſe opat radicē/ſtipitem/ramos/vgas/frōdes/flores ⁊ fructus. Nã aūt cum ſit vnuȝ ⁊ eodē modo ſe hñs nō opat niſi vnū. Iſti g̃ aie rōnalis ſubam dicūt eſſe pceſſionē ab itelligētijs retūȝ vtutes pnꝫ: a gbus pcedunt a pmis vſq; ad vltima ⁊ talē eſſe ſubam que forma ſit. Ex q̃ talis ſuba cōpoſita eſt ex vtutibus oium a gbus pcedit: ideo neceſſe eſt corpus cuius ipſa forꝰ ⁊ motor eſt ex diuerſis orgãis cōpoſitū eſſe: ita ꝙ cōpoſitio cuiuſlibȝ orgãi cuilibet vtuti reſpōdeat que eſt actꝰ illius ⁊ perfectio. Regulariter enim verū eſt in oibus phicis ꝙ ois multiplicitas ⁊ diuerſitas materie que per ſe ⁊ naturalr eſt in illa eſt pꝑter diuerſitateȝ que eſt in forma. Secūdum hãc igitur peripatheticoꝝ ſapiētiaȝ patet ꝙ eſſentialiter ⁊ ſubſtãtialiter quãtuȝ ad principia cōſtituētia: alia eſt pars intellectiua a parte opinatiua.

Opus nãe eſt intelligētie.

als vno

Exꝫ de plãtis

Quid eſt ſubſtãtia aie.

¶ Capitulum 17m. De quatuor que ſequuntur ex dictis peripatheticorum.

EX his aūt que dicta ſunt pȝ ꝙ itellectus qui pceſſio ⁊ cōſtitutio eſt itelligētie: ex hoc ꝙ itelligētia eſt tñ ſeparatus eſt ab omni eo qd̄ eſt: ⁊ nulli nihil habet cōe: q̄uis ſm̄ eē qd̄ habet ex ꝯiūctione ꝯtinui ⁊ tpis ſit determinatus ad vnuȝ. ¶ Scdm̄ eſt qd̄ ſequit ex dictis eoꝝ ꝙ itellectꝰ ſm̄ ſe itellectꝰ a ſenſitiuo ⁊ vegetatiuo ſeparat: ſicut incorruptiꝫ et imorꝫ in oibus principijs ſuis a corruptibili ⁊ mortali: ſic ſenſibile ⁊ vegetabile/corruptibile ⁊ mortale eſt ſm̄ ſui eē pncipia. ¶ Tertiuȝ qd̄ ſequit ex dictis eoꝝ eſt: ꝙ gcqd eſt in intellectu ſit vle: tales. n. forꝫ: vt dicit Boetius: quales ſunt poꝫ in gbus ſunt. Intellectꝰ aūt ſm̄ oēm moduȝ poꝫ ſue vlis eſt vbiq; ⁊ ſemp exiſtēs: per hoc ꝙ nec ad nūc: nec ad hec deterꝫ eſt. ¶ Quartuȝ eſt: ꝙ omne id qd̄ eſt ſpēs alicuius agēs ad ſpēm ⁊ ꝯſtōneȝ formalē imediate applicabile eſt ipſi ſicut lux ſpēs coloꝝ eſt oēs colores cōſtituēs: ⁊ ideo imeꝫ nō per motuȝ cuilibet applicat colori. Cum igit intellīa oium forꝫ ꝯſtitutiua ſit itellīa ſpēs erit oium forꝫ: ⁊ inquãtū de ſpecie itelligētie participãt intãtuȝ itelliꝫ ⁊ minus itelliꝫ ſunt. Intellectus igit qui intelligētie imago eſt imediataȝ applicationē habet ad pꝫ formas intelliꝫ: ſicut ſenſus qui ſenſibiliū ſpēs eſt: ꝑ hoc ipm̄ qd̄ ſpēs eſt imediata applicatione applicat oibus ſenꝫ. Et ex hoc dicūt ꝙ pars intelꝫ miraꝫ eſt: qꝛ ea que ſibi per nãm imeꝫ applicaꝫ ſunt: et in gbꝰ aliquãdo multis

Boetius

Obiectio

do multis opz vti medijs melius itelligit. ¶ Si autem obijciat ꝙ noster itellect⁹ qui fm ouduz determinata nō fm ſbam itellect⁹ eſt ſed aliūde poſſeſſus: ⁊ habitus nō eſt p⁹ ſpēs itel[lius]: ⁊ ideo nō ſequit ꝙ oibus itelli[bus] ime-

R̄

diate ſit applicabilis. Dōm ꝙ h nō valet: qꝛ nō tm̄ pma ſpēs ꝯſti[tutiua] aliquaꝝ formaruz illis formis ime[diate] applicabilis eſt: ſed etiā omne qd eſt in ſpecie illius primi. Lux enim ſolis oium formaꝝ ſenſibiliū ꝯſti[tutiua] eſt ime[diate] applicabilis ipſis exiſtēs: ſed etiā quecūqꝫ lux effecta eſt a ſole: ſicut Martis, Jouis, Lune, ⁊ ignis. Et ſilr itellect⁹ noſter per hoc qd eſt in ſpecie itelligētie imediate applicabilis eſt oī forme. Ois enim forma in eo qd forma itel[ligibilis] eſt: qūuis per eſſe qd habet aliqñ ſit ſenſi[bilis] vel nālis. Ex hoc patet ꝙ nec ſenſus recipiūt formas ſicut ſubiectū ⁊ mā: quēadmodū male dixit Theophraſtus: ſꝫ recipiūt per applicationē luminis ⁊ determinationē ſpēi qua applicant ⁊ determinant ad ipſas: ſicut qdlibet p[rimu]m formale applicat ſcdis: ⁊ determinat ad ipſa. ¶ Quidam aūt

B

Forma ſimplex perpetua.

ſunt qui quedā incōueniētia inducūt que pipathetici incōueniētia nō reputāt. v.g. formaꝫ ſimplicē ppetuo manere. Dicūt. n. formaꝫ nō eſſe niſi in eo cuius forma eſt: ⁊ ſi nihil ſit in quo ſit dicūt eam in nā eſſe nō hīc: ⁊ ideo dicūt ex mā itellectuali: que nec quātitate nec ꝗlitate determinat: ⁊ ex forma itellectuali eſſe cōpoſitam aiaꝫ: vt ſic ſit quedā ſuba cōpoſita hic ⁊ nunc exiſtēs: ⁊ nō ſemp nec vbiqꝫ: ⁊ hāc dicūt eē formā hominis: diſtinguētes ꝙ quedā forma ſuba eſt tm̄: quedaꝫ eſt ſuba ⁊ motor: ⁊ illa que ſuba tm̄ ſimplex eſt ⁊ non mouet: que aūt eſt ſuba ⁊ motor cōpoſita eſt: ⁊ hec oia nulli phīe ꝯcedāt. Qd enim cōpoſitū eſt: ⁊ h aliqd eſt p⁹ ſuba eſt que eſt vltimū pfectū ꝫ nullius pōt eſſe pfectio: aliter. n. vltimū eſſet vltimi ⁊ iretur in ifinitū. Qd etiā dicūt formas ſimplices in nā eſſe nō hīc ⁊ nō eſſe incorruptibiles phīe penitus cōtrariū eſt: que ponit ⁊ pbat p⁹ entia in qbus oia alia fundantur ad eſſe ⁊ in eē firmant eē itellias nullā in mūdo cōparationē vel diuiſionē hntes. Silr ꝙ dicunt cōpoſi-

Auicebron

tas eē ex mā ⁊ forma: quēadmodū Auicebron in li⁰ fontis vite dicit: miror ego ſi ſeipſas itelligūt. Mā eiꝫ quaꝫ dicūt nō eē determinatā quantitate ⁊ ꝗlitate: qꝛ hoc qd eſt ſuba ad hoc aliqd non determinat: ſilr ex hoc ꝙ mā eſt, nō niſi fundamētū eſt. Et ex hoc iterū nec ad hic nec ad nūc determinat: querat ḡ ab eis: vnde ſuba cōpoſita habeat ꝙ h ⁊ nūc eſt: querat iteꝝ que ſit cā hui⁹ cōpoſitionis. L3. n. cōpoſitio nō ꝯſtituat per fieri: pficitur tm̄ per eē partiū cōponētiū ꝙ hnt in cōpoſito: ⁊ querat que ſit cā cōpōnis hui⁹ fm nām: ⁊ nō erit veꝝ aſſignare etiā volētibus fingere. Jn hac tm̄ poſitione cauēduz eſt error Abbubachꝫ: qui dixit ꝙ poſt mortē ex oib⁹ aiabus holuz nō relinquit niſi vna: ⁊ cā erroris fuit: qꝛ noſtrū itellectū nō ꝯſiderauit niſi fm ꝙ poſſeſſus ⁊ habit⁹ eſt ab itellia: que ſubaliter itellect⁹ eſt: ⁊ oium itelligibiliū ꝯſtitutiua. Vegetatiuū aūt ⁊ ſenſitiuū qd in ipſa eſt accidē dixit tali pceſſioni ſiue talis ſube ab itelligētijs pcedēti ab inclināibus eam ad mām corpis ⁊ determināib⁹ ad ꝗn⁹ ⁊ qualitates materie. Solutis ergo his cor[poralibus] principijs nō remanē dixit niſi ꝙ itellect⁹ eſt. Hoc aūt qd itellect⁹

A

vbiqꝫ ⁊ ſemp eſt, vnā ⁊ equalē ad oēs hīs relationē. Qꝛ aūt ad oēs vnā habet relationem ex oibus relictū: vnde ⁊ idē eſt: aīa igit ex oibus relicta ⁊ vna ⁊ eadē eſt: ⁊ h error magnus eſt etiaꝫ in phīa. Et reſpōdet ꝙ ois pceſſio

Nō eſt oium vnus itellectus

que a pmo ⁊ vltimū pcedit per oia media virtutes oēs habet nō per ſe ſed per accidēs: vnde pceſſio que eſt ab itellia taꝫ in itellectu eſt ꝗ̄ in ſenſibili ꝗ̄ in vegetabili: ⁊ in oibus his eſt vna fm ſubam diuerſi[mode] fm eē potētie: ⁊ ideo ꝗuis Abbubachus bene pbauerit ꝙ vegetatiuū ⁊ ſenſitiuū corrūpant fm eē po⁹ corrupto corpore: tm̄ non pbauit ꝙ corrumpātur fm ꝙ radicant in intellectuali ſubſtātia: que eſt pceſſio ⁊ imago cauſe prime ⁊ itelligētie: ⁊ itellectus radicatus in hac determinat⁹ eſt per eſſe: ita ꝙ alius eſt qui reſoluit ex vno: ⁊ alius qui reſoluit ex alio. Ex hoc etiaꝫ excludit error Auerr. ſuper 3[m] de aia: qui dicere videt eſſe vnum intellectū poſſibilē in oibus aiabus. Qꝛuis enim vnus ſit: per hoc ꝙ itellectus eſt: nō tm̄ ſequit vnum eſſe fm ꝙ radicat in ſubſtātia pceſſionis talis: que in totum ab intellia pcedit ⁊ diſtat vt cōtinuetur cuꝫ ꝯtinuo ⁊ tpe. Per hoc enim vnus intellectus efficit vnus ⁊ alter alterius: ⁊ imperfectus in vno: perfectus autem in altero.

¶ Cap. 18[m]. De itellectu fm ꝙ eſt vtus itellectualis.

Cum autem ſciētia de vniuerſalib⁹ ſit exiſtimatio quedaꝫ ſiue acceptio ⁊ ſic de talibus que ex neceſſitate rei ſunt: ⁊ de qbus eſt demōſtratio. Ois autē demōſtratio a principijs procedat ad cōcluſionē: oportet ꝙ ois ſcientia principia vt priora ſe ſupponat: ſiue ſciētia ſit acceptio cōcluſionis demōſtrate: ſiue etiam totus decurſus a principijs vſqꝫ ad cōcluſioneꝫ ſciētia dicatur. Huius aūt cauſa eſt: quia ois ſcientia cuꝫ ratione argumētatiua eſt. Omnis autē talis argumentatio decurſus eſt ab eo qd fm naturaꝫ rei ⁊ ex neceſſitate principiū ſcibilis eſt. Principiū autem ſcibilis tale eſt: qd ipſius neqꝫ ſciētia eſt neqꝫ ars neqꝫ prudētia. Si enim eſſet de ipſo ⁊ eſſet ſcibile cum ſciētia nō ſit niſi effectus demōſtrationis: oporteret ꝙ pncipij eēt principium: ⁊ iretur in ifinituꝫ. Sciētia igitur nō eſt de principijs: ars autēꝫ ⁊ prudētia de pncipijs eſſe nō poſſunt: quia principiū neceſſariū eſt. Ars autēꝫ ⁊ prudētia ſunt circa ea que ꝯ[tingunt] aliter habere: ſapientia vo de principijs etiaꝫ eſſe nō poteſt vniuerſalr: quia ſapientis eſt de quibuſdam habere demōſtrationē. Cum enim ſapiēs ſpeculetur ens inquātuꝫ ens eſt: ⁊ ea que inſunt enti, ſi paſſio de ſubiecto debet cōcludi: oportet ꝙ fiat per demōſtrationeꝫ: ⁊ ſic ſapiēs demōſtratione vtitur. Quāuis ergo in ſtabiliēdo principia demōſtratione oſtenſiua que per cauſam eſt vti non poſſit ſapiēs: vtitur tamē demōſtratione in ꝯcluſione paſſionū de ſubiecto: ⁊ in hac via principia a qbus incipit demōſtratio ſupponere oportet tanqꝫ priora fm naturā. Sapiētia igitur inquātuꝫ ſapientia eſt nō eſt acceptiua pncipioꝝ. Si autem habitus

A

ſunt: ⁊ habitus itellectuales qbus circa cōtingens aliter habere vel nō cōtingēs aliter habere: vtrum dicimus ⁊ nequaqꝫ mētimur quinqꝫ ſunt: ſciētia ſcilꝫ prudētia, ars, ſapiētia ⁊ itellectus. Nullū autēꝫ quatuor poteſt eſſe acceptiua principioꝝ: quatuor autēꝫ dico, ſciētiā, prudentiaꝫ, artem, ⁊ ſapientiam relinq[uitur] a partibus ſufficienter enumeratis intellectū eſſe principioꝝ acceptiuū. Ex his

B

Intellectus eſt acceptiuus principiorum.

autem que dicta ſunt relinquitur: ꝙ ex quo itellectus eſt principioꝝ acceptiuus ⁊ accipiēs nō eſt acceptū qd accipiens itellectus potētia anime eſt. Acceptus autēꝫ intellectus eſt habitus principioꝝ: in eo aūt intellectu qui potētia anime eſt accipere eſt vltimū poteſtatis eius et optimuꝫ: ⁊ hec erit virtus eius. Jn vltimo aūt ⁊ optimo ſue poteſtatis nō ſtat niſi per habituꝫ aliquem qui facit ꝙ operationē propriā ⁊ cōnaturaleꝫ habet nō impeditam: ⁊ ideo talis habitus virtus eius eſt: fm ꝙ virtus dicitur diſpoſitio pfecti ad optimū. Perfecta enim eſt potētia per habituꝫ ⁊ ad optimū qd eſt ꝓpria ⁊ cōnaturalis operatio nō impedita. Talis aūt itellectus potentia anime exiſtens nō eſt itellectus qui ſubſtātialiter itelle-

ctus dicitur: ⁊ nihil aliud est ꝙ̄ itellectus. Talis eniꝫ in-
tellectus per substātiā dictus eēntialiter cōstituit intel-
lecta: ⁊ vt cōstituens ea prehabet ea simpliciter ⁊ vnite:
nec discurrit de vno in alterū: cōponēdo vel diuidendo
vel ordinādo: nō aliquādo habet ea ⁊ aliquādo non: sed
semper sicut causa oīuꝫ illoꝝ existēs. Et ꝙ̄uis itellectus
tales ſm pipatheticos multi sint in deceꝫ ordinib⁹: tñ or
do est in eis: ita ꝙ iferior semper applicaṫ supiori ⁊ su-
perior influit iferiori: nec iferior vnꝗ̄ influit in superio-
reꝫ: nec supior vnꝗ̄ applicaṫ iferiori. Qđ eniꝫ alteri ap-
plicatur supponit illud ante se cui applicaṫ: supior autē
vt superior nō presupponit eodeꝫ modo qđ influit ex se
influit: ⁊ sic aliud ante se ex quo influat nō presupponit.
Propter qđ etiā astronomi peritiores in iudicijs iferio-
res stellas cōiungūt dicūt: ⁊ in luminibus eaꝝ aliquādo
cōsistere ⁊ applicari. Superiores auteꝫ cōiungi inferio-
ribus vel applicari luminibus earuꝫ oīno negant. Et ex
hoc sequitur primā causam solam operari per creatio-
nem. Ex nihilo enim qđ ante se sic operaṫ: ex nihilo aūt
deductū ad esse causatum est. Omnes aūt alij ſm alios
ordines intelligētie per influētiam ⁊ applicationeꝫ ope
rātur. Quicūq; ergo ꝓcessus est creature alicuius a pri-
ma causa: necesse est ꝙ per ifluētias ⁊ applicationes ad
esse determineṫ sibi propriuꝫ ſm naturā: ⁊ talis proces-
sus est anime rationalis quando determinaṫ ad intelle-
ctū. Cōstituitur enim in imagine itelligētie vltimi ordi-
nis: in qua per influētiam sunt oēs superiores ſm virtu-
tes earuꝫ ⁊ lumina: cui applicatio itelligētie vltimi ordi
nis determinās oēs influētias superioꝝ esse cōfert intel
lectuale. Talis igiṫ intellectus aliūde habitus est ⁊ pos-
sessus. Et per hoc qđ est imago itelligētie/spēs est itelli-
gibiliuꝫ: ꝙ̄uis nō sit causa cōstituēs ea. Est igitur appli-
cabilis per seipm̄ intelligibilibus primis: sed tamē non
equali nobilitate sicut intelligētia que ſm substātiaꝫ in-
tellectus est: ⁊ nihil aliud ꝙ̄ itellectus. Cadēs igiṫ ab ista
nobilitate efficitur discurrēs per itellecta: intellecta. vꝫ.
componēs ⁊ diuidēs ea: tamē in hoc ꝙ est imago intel-
ligētie per seipsum est applicabilis primis que mediuꝫ
nō habēt: ⁊ illa statim apphendit quādo terminoꝝ que
in principijs sunt a sensu notitiaꝫ accipit. Sensus enim
per hoc ꝙ spēs est sensibilium/sensibilia ime⁹ accipit in
qbus cōfusum ⁊ imixtuꝫ est vniuersale: ꝙ itellectus de-
purādo accipit: per hoc qđ vt spēs applicatur ei: ⁊ si me
dium nō habet: tūc principiū est ⁊ propria acceptio intel
lectus. Si aūt mediuꝫ habet tūc intellectus nō accipiet
nisi per mediuꝫ: ⁊ hec est perceptio demōstrationis: cui
tamē itellectus lumē influit: per hoc ꝙ ordo terminoꝝ
⁊ cōiugatio per applicationē determinaṫ ad ꝯclusionē:
que tūc in lumine principioꝝ accipiṫ. Talis aūt intelle-
ctus in nobis existēs medius est iter itelligētiaꝫ ⁊ aīam:
quia cōiuncta est ꝯti⁰ ⁊ tēpori: ⁊ est vt istrumētuꝫ intelli-
gētie isformatum per influētiā receptam ab itelligētia: ⁊
est vere vt oculus aīe ⁊ lumē: ⁊ per cōuersionē quidē ad
aīam ⁊ aīe vires obūbratur ⁊ inordinat⁹ efficiṫ ⁊ impo-
tēs. Per extēsioneꝫ aūt ⁊ eleuationem a viribus aīe ad
itelligētiaꝫ ⁊ intelligētie lumen perficiṫ ⁊ depuratur: ita
ꝙ aliqñ mirabiliter excedit in lumine ad diuinissimoꝝ
cōprehēsionem: sed tamē ꝓficere nō potest ꝙ ad equa-
litateꝫ veniat itelligētie que simplr̄ ⁊ per substātiā intel
lectus est. Si enim ad hoc ꝓficeret in ꝓfectu terminum
sui status excederet: qđ esse nō pōt ſm naturā: ⁊ ordo re-
rum cōfunderet in causis quādo iferior ꝓficiēs ad gra-
duꝫ ascēderet superioris. Si enim supioris acciperet vir-
tutem ⁊ actū: cum virtus ⁊ actus essentialia sine essentia
nō sunt: oporteret ꝙ inferior supioris acciperet essentiā: ⁊

sic itellectus possessus ⁊ acqsitus ⁊ habitus efficereṫ itel
lectus per substātiā. Intellect⁹ aūt per subaꝫ nō est pos-
sessus ⁊ acqsitus. Intellect⁹ igiṫ possessus ⁊ acqsitus effi-
ceretur itellectus nō possessus nec acqsitus qđ est ipossi
bile. Intellectus aūt acceptus qui habitus ⁊ vtus est ta-
lis potētie quā diximus esse itellectū est in anxiomatib⁹
⁊ diffōnibus ṗmo ⁊ per se: in supponibus eniꝫ ⁊ petitio-
nibus nō est nisi ſm qd. Suppositio enim non suppositi-
tio est nisi qđ medium itra se habet: ex quo statim appa
ret eius ꝓbatio. Petitio aūt mediū habet: sed magis la-
tēs: cōcessibile tamē ex ipsa rei natura: ꝓpter qđ anxio-
mata ⁊ diffōnes que vsq; ad ṗma recurrūt de ṗma sunt
acceptione intellectus: suppōnes aūt ⁊ petitiones de se-
cūda hoc modo hñt modū itellectus ⁊ nō rōnem itelle-
ctus veri. ¶ Sūt tñ qui obyciūt ꝙ itellectus nō vt prin
cipium ṗ͞m alia certificet: sed potius inductio. Intellect⁹
enim inductione firmaṫ: ⁊ sic videṫ ꝙ ṗ͞m cōfirmās ⁊ ꝓ-
bās sit sensus: ⁊ itellectus nō sit ṗncipiū cognitionis nisi
cōfirmat⁹ per sensus. ¶ Ad hoc respōdet Eustracius ꝙ
hoc sequereṫ si inductio ⁊ sensus vt causa ⁊ ṗn͞m perficerēt
itellectū: hoc aūt nō est verū. Nō enim operātur nisi vt
ministri ministrādo. s. sensibilia a qbus accipiūtur itelle
cta. Ratio aūt dicti Eustracij hec est: ꝙ sensus nō ꝯstituit
itellectuꝫ nisi per accidēs: ⁊ nō per se. s. inquātum repre-
sentat id in quo est cōfusus ⁊ imixtus itellect⁹ vlis. Re-
presentāt aūt hoc ipse itellectus nō lumine sensus: sed lu
mine ꝓprio absoluit a cōfusione ⁊ ꝓmixtione: ⁊ ideo nō
per sensus sed per seipm̄ applicaṫ illi: et ideo dicit Phs
ꝙ ṗn͞a scimus inquātuꝫ terminos cogścimus. Si aūt in-
ductio per se stabiliret intellectū: pro certo ipossibile es-
set euadere cōclusionē. Cūis aūt itellectus sit ṗmoꝝ ṗn
cipioꝝ que necīa sunt ſm oppositū ⁊ nobilitatem suum
posse: tñ modos habet sicut ⁊ alie virtutes tam morales
ꝙ̄ itellectuales. Cuꝫ enim prudētia ⁊ ars modū habeāt
sciētie: ex hoc ꝙ supponūt ꝯsiliatiua ṗn͞a ex qbus proce-
dūt: oportet ꝙ illoꝝ ṗn͞cꝑ acceptio modus qdaꝫ reduct⁹
sit itellectus per imitationē ⁊ siliudinem: ⁊ sic facile est
inuenire multos modos itellectus. Hec igiṫ de itellectu
dicta sint que sub assertione non ponimus: quāuis cer-
tissimū nobis sit ꝙ verā posuim⁹ ꝑipatheticoꝝ opinionē.
Nō enim hic theologice loqmur: nec de ꝓfectu aīe quo
per meritum ⁊ grām ꝓficit: sed tamē loqmur de aīa ſm
ꝙ natura sua ꝓcessio quedā est a causa ṗma ex mā cor⁹
⁊ in materiā cor⁹ educta per oēs motores medios deter
minata. Et qđ dicimus ex mā eē: nō ideo dicimus ꝙ ex
ṗncipijs materie educaṫ: sed potius qđ a ṗmis causis in
mā inchoatus eius est: ⁊ ab ipsis educiṫ ad ꝓfectū. Que-
riṫ etiā si ṗn͞a materie que sunt calidū ⁊ frigidū humidū
siccuꝫ aliqd operātur/ad vite po⁹ nō operātur/nisi put
informata sunt a ṗmis vite principijs: que sunt causa ṗ͞a
⁊ itelligētie. Et ideo dicit Aris. ꝙ calores sunt in sciētie
elmti. s. ⁊ celi/⁊ aīe. Calor enim elmti mouet in forma aīe:
calor aūt aīe in forma celi: ⁊ calor celi in forma intelligē
tie: ⁊ calor itelligētie in forma ṗme cause.

¶ Cap. 19m. De sapiētia quid ⁊ circa quid sit.

Quid autem sit sapiētia accipe pos-
simus ex his q̄s in pte
sapientes vocamus. Certissimis enim arti⁹
qui optime fineꝫ artis attingūt: assignamus
⁊ tribuimus illas artes vt sapiētiaꝫ: ⁊ eos sa-
pientes in suis arti⁹ vocamus. verbi grā. pheydiaꝫ qui
optime inter lathones finem lapideaꝝ structuraꝝ attin
gūt dicimus esse inter oēs lathones sapiētem: eo ꝙ mu-
ros fecit ⁊ edificia lapidea ad sanitatem ⁊ durabilitatē
⁊ honestatē ⁊ munitioneꝫ optime cōgruētia. Siliter aūt
polichetō

C

Obiectio

Re°

A

Pheydias

policheytō qui statuas fecit ꝛ imagines inter statuarios dicimus esse sapiētem: quia ille vnicuiqꝫ quez repsentare voluit in lapidē vel aliaz mām imagi^nes optime produxit. In talibus aūt nihil aliud significamus ꝙ sapiētiam fm partē dictam esse artis virtutē ꝛ vltimū ꝛ optimum ad qḋ ars factiua est intellectuz factiuū pducere potest. Sicut aūt diximus sapiētiaz in pticula necesse est sapiētiā esse in toto: que vltima ꝛ optima acceptio intellectualis ꝛ acceptiue ptis aīe fm oēm rei acceptōez: ppter qḋ existimamus quosdā totaliter ꝛ vl'ter esse sapiētes preter ipsam sapiētiā que prima ꝛ nobilissima acceptio est oīum eoꝝ que sunt: quēadmodū Homerus ait in q̊das lib^o qui dī Margites de quodā quez neqꝫ artificiosum fossorē vel sapiētem: neqꝫ sapiētem aratorē: neqꝫ in aliq̊ alio determinato sapiētem posuerūt dij: sed sapiētem in oībus fm ꝙ sapiētia in p̊ meta^ce describiť sic: ꝙ sapiētez oīa maxime scire sicut decet accipimus nō singularem fm vnūqḋqꝫ sciētiaz eoꝝ hn̄tem. Cūius enim nō arator nec fossor sine arte ꝛ sciētia qḋ volūt adipisci nō pn̄t: sꝫ in hac eadez arte vnus alio perfectior est: ꝛ vltimo artis ppinquior qui dī hr̄e virtutē artis que sapiētia dicitur: ppter hoc ꝙ sapiētie modū imitať. Ex talibus aūt particularibus vl'em accipimus ꝙ vl'ter sapiens est qui in oībus nobilissimā ꝛ pfectissimā habet acceptionē. Hoc aūt fm hūc moduz pbatur: qꝛ eadē sunt p̊n^a cognitionis ꝛ entis: vnde necesse est ꝙ sicut differūt p̊n^a entis: ita differāt p̊ncipia cognitionis: ꝛ eādem d'iam habeāt cognitiones ipse. Primū aūt ens subm est oīs entis: ꝛ ita diffinitiua ratio suba est. Ex principijs ergo sube fluit omne ens: ꝛ ex p̊ncipijs sube potissima est cognitio entis. Sciētia ergo que cognoscit substātiā ꝛ substātie p̊n^a ꝛ illis stabilīnt omne ens, illa inter oēs sciētias sapiētia est ꝛ simpliciter ꝛ vl'ter dicta sapiētia. Sciētie aūt que ꝯsiderāt ptes entis nō sunt sapiētie simpl'r: sed sapientie fm partez dicte: fm. s. ꝙ ptingūt in vnaquaqꝫ sciētia fm ordi^nem ad finem cōsequēduz. Sciētiam aūt triplicem esse dixerūt Platonici. Phi^cam. s. que p̊n^a habz: ꝛ diffōnes acceptas cū materia. Mathe^cam: que discibilis est: mathesis enim grece: latine sonat disciplinaz. Hec aūt substātia imaginabilis est determinata quātitate: sed non ꝯtietate: ꝛ idcirco diffōnes ꝛ p̊n^a nō hn̄t cōceptuz in materia sensibili: sed imaginabili tm̄: circa ꝙ^m enim est: sed non circa phicum. Quāta aūt suba est ꝛ nō ꝯuertiť: vnde suba ex solis p̊ncipijs substātie dependēs ante illam est firmās ꝛ probās eam: ꝛ circa illaz est sciētia diuina que sapientia vocať. Qḋ enim Arist. dicit me^cas cōsistere per ablationem a sensibilibus ꝛ diuinā per ablationē a mathe^cis Platoni non placuit: nl' eniz dixit in aīa esse per abstractionem a sensibilibus: indignum enim dixit esse ꝙ dignius pficeret ab indigniori: ꝛ sic aīa non pfici a sensi^bus eo ꝙ aīa multo dignior est ꝙ sensibilia: sꝫ pot^o oēs has formas dixit a dijs sine intelligētijs existere in aīa. A sensibilibus aūt nō dixit nisi excitari ad agēduz sicut calor nālis excitať a motu ꝛ exercitio. Aris. aūt ꝛ oēs alij peripathetici hoc nō dicebāt: sed potius subam p̊^us esse cām entis ꝛ subaz mathe^cam esse subam sube phi^ce: eo ꝙ nihil mouetur nisi quātū: ꝫ oīs suba phica cum motu est. Percipi aūt subam mathe^cam per abstractionem a sensibili: nō ita ꝙ suba sensibilis causet eam in aīa: sed qꝛ ablatā in sensibili itellectus accipit eam per modum qui superius dictus est. Et eodem modo subam diuinā accipit a mathe^cis: ꝛ fm hoc nō sequiť ꝙ supius aliqd accipiat ab inferiori: vel dignius ab indigniori. Quia h̄ modo qcqd lumine agētis intellect^o accipit: ꝛ nō lumine potētie inferioris. Ex oībus his pꝫ ꝙ certissima oīum scientiarū fm

B

Diuina scie.

modū accipiendi scibile est sapiētia: ꝛ est virtus ptis intellectiue aīe. Diuersi ḡ modi sunt certificādi: sicut patet in edificatiua que murum rectificat vel parietez per rectitudinez ppēdiculi vel cathecti. Erectionē aūt colūnarum dirigit ad rectitudinē lateris qḋ ꝯcludit angulū recti triāguli. Quare aūt ppendiculū dirigat murū ꝛ latus recti anguli directe erigat colūnaz nō cōfirmať per edificatorem sed per geometraz: ꝛ simiter distinctio phica ꝛ mathe^ca referunť ad diuinā sciam ex qua recipiūt cōfirmationez. Potissima ḡ virtus intellectualis ꝛ oēs alias cōfirmans sapientia est.

Cap. 20^m. Qꝫ sapiētē opꝫ scire q̄ ex p̊ncipijs ꝛ ipsa p̊n^a.

Oportet autez vere sapiētē nō solū scire ea que sequūtur ex principijs: sed etiā ea que sunt circa p̊n^a: ꝛ in his que circa p̊n^a sunt veruz dicere. Entis enim fm ꝙ est ens p̊^a p̊n^a sunt: ꝛ illa oportet sapiētem stabilire ad minus per deductionē ad incōueniēs: ꝛ per p̊n^{or} notificatiōez ꝛ inductiōez ad sensum: aliter enim p̊n^a stabiliri nō possunt. Et ex hoc seqtur ꝙ sapiētia sit itellect^o ꝛ scientia. Et dicit Eustraci^o ꝙ cōposita est ex vtrisqꝫ eoꝝ qḋ nō pōt esse veruz de substāntiali cōpōne. Si enim cōposita esset ex illis non esset aliqd pter ea: ꝛ hoc nō est verū. Cōposita igiť est quia participat modū vtriusqꝫ: ꝯsiderādo enim causas altissimas ꝛ po^ras: necesse est ꝙ ime^te applicationez ad illa habeat. Hec enim mediuz nō hn̄t: ꝛ ideo per syllm̄ accipi nō possunt. Et isto modo itellectus necesse est in his vti: cōicādo aūt passiones entis cum subto medio vtiť ꝛ syllogismo: ꝛ ideo in talibus vtiť modo sciētie. Differt aūt ab itellectu: qꝛ intellectus p̊n^{or} demrōnis est acceptiuus. Sapiētia aūt accipit p̊n^a entis vt est ens: ꝛ hoc est p̊ncipiuz accipe in rōne cause entis. A scientia aūt differt: qꝛ scia decursiua est a principijs demōstratiōis ad ꝯclusionem. Sapiētia vō incipit a causis primis in quaꝝ cognitionē pueniť per scām: ꝛ ideo via media incedit inter demōstratorez ꝛ topicū: ꝛ nō verissimo modo attingit demōstratiōez. Ex hoc pꝫ ꝙ qꝛ sapiētia p̊moꝝ est: p̊^a autē honorabilissima sunt fm nām ꝙ sapiētia honorabilissimoꝝ est: ꝛ qꝛ prima influūt regimen super oīa alia ꝛ lumen cognitionis: ergo hec sapiētia caput oīum aliarū dicitur esse: qꝛ in capite sicut in specula sensus disciplinaꝝ sunt qbus oībus alijs pspicitur: ideo etiam hec sapiētia caput aliaꝝ dicitur: qꝛ oībus alijs puidetur ꝛ pspicitur ab ipsa. Si aūt queriť in qua parte aīe sit ꝛ cuius aīe partis sit virtus. Dicēdum ꝙ est ptis intellectiue: sed est itellectus fm maximā sui cōuersionē itellectus ad imaginatiōez que cōstringit itellectū ad ꝯtinuum vel discretū qḋ idez est: qꝛ diuisio ꝯtinui causa discreti est: vt dicit Aris. ꝛ hoc modo phica itellectiuo est fm ꝯiūctionez intellectiui ad sensum: qui primaꝝ qualitatum ꝛ eaꝝ que ex qualitatib^o causanť est acceptiuus: ꝛ hoc modo itellectus ꝯiūgitur tēpori. Omne enim mobile vel mutabile est qḋ ꝯtrarietate determinať: mutabile aūt omne tēpore mēsuratur. Intellectū ergo in his tribus idem est fm subam: sed esse eius nō est idem. Tria autem dico, sapiētiam, scientiam, ꝛ intellectum.

Cap. 21^m. De differētia sapiētie ꝛ prudentie fm ꝙ sapientia est honorabilissimorum.

Inconueniens autē est siquis dicat prudentiā absolute dictā: siue etiā prudentiā polyticam studiosissimā vel nobilissimā scientiā esse: siue acceptionez nisi cōcederet ꝙ homo circūferētia cōsideret prudentia ꝛ studiosissimū sit eoꝝ que sunt

Eustratius

A

in mũdo. Hoc aũt ↄcedi nõ põt: sapiẽtia enim: sicut aũt antediximus: scia est ꝛ itellectus: prudẽtia aũt est polytica: potissima. n. iter prudẽtias polytica est. Si ḡ ↄcedat ꝙ sapiẽtia est prudẽtia: sequit̃ ne͞cio ꝙ scia sit polytica. Ex quo eñ duo ꝑdicant̃ de sapiẽtia itellectus. s. ꝛ sciẽtia: ꝛ duo sunt prudẽtia: ꝛ polytica sibiĩuicem ↄiũcta si prudẽtia de sapiẽtia ꝑdicat̃ rõne scie: ꝑdicabit̃ polytica de sapiẽtia rõne itellectus: qḋ oĩno incõueniẽs est. Prudentia ḡ ꝛ polytica ẜm subm differũt a sapiẽtia: eo ꝙ sapiẽtia bonorabilissimoꝝ est: prudentia autẽ ꝛ polytica nõ bonorabilissimoꝝ: sed de his que ↄferũt homini ad cõuersationem humanã. Si enim daret̃ ꝙ sapiẽtia de humanis esset tanꝗ̃ de bonorabilissimis ꝛ optimis: sequeret̃ ꝙ sapientie essent multe per multitudinẽ subioꝝ: sicut multe sunt prudẽtie polytice. Si eñ ↄsideremus sanum ꝛ bonuꝫ inueniemus ea altera ꝛ altera in hoibus ꝛ piscibus: albuꝫ aũt ꝛ rectũ idem inueniemus in vtrisq̃. Bonuꝫ enim pisci est in aqua esse: ꝛ hoc est malũ homini: sanum etiã pisci est frigidis ꝛ humidis vti ꝛ viscosis: ꝛ hoc est infirmũ homini. Principia ḡ sani ꝛ boni in pisce: alia sunt a principijs sani ꝛ boni in hoie. Album aũt ꝛ rectũ in vtrisq̃ ex eisdem accipit̃ pncipijs supficiei. s. ꝛ linee. Si enim supficies plana et pura que vbiq̃ in se diffusum recipiat lumen: nulla parte alteraꝫ obũbrante tã in homine ꝗ̃ in pisce causa albedinis est: si vna linea non exeat ab extremis cã rectitudis est in vtroq̃: vnde sciẽtia vna albi et recti est in pisce ꝛ in hoie: sed non vna sciẽtia sani ꝛ boni: q: sicut ante diximus eadeꝫ sunt principia essendi ꝛ cognoscẽdi: ꝛ vbi differũt principia essendi, necesse est cognitio sensus differre. Prudentia ḡ que est cognitio cõferẽtiũ pisci differt a prudẽtia que est cognitio cõferentium homini. Sapiẽtia autem cum sit de his que nullam in se materiã concipiũt: necesse est vnaꝫ ꝛ eãdem esse in omnibus piscibus: scilꝫ ꝛ hoibus ꝛ alijs oibus. Unũquodq̃ enim animalium ꝛ entiuꝫ vel instinctu nature vel signo aliquo vel loquela hoc dicit sibi eẽ prudens: ꝛ prudẽtissimũ qḋ est bene ꝛ optime speculãs omnia circũferentia que sunt circa ipsum: et si suum regimen alicui ↄcedere deberent preter seipsa illi concederent se esse regenda: sicuꝫ femina regimen suum cõcedet masculo: eo ꝙ masculus prudẽtius prouidet ꝗ̃ conferentia femine ꝗ̃ femina prouideat sibiipsi. Qḋ autẽ optime speculans circũferentia vnicuiq̃ prudẽs sit, patet tali signo: quia etiã in eas que sunt in numero bestiarum maxime prudẽtes esse dicimus: que quãuis prouisionem nõ habeãt: tamẽ ex instinctu nature puisiue virtutis potẽtiam ostendũt: in eo ꝙ cõgregãt cõferentia sibi sicut formica ꝛ apis ꝛ aranea. Formica eñ ꝛ apis ad casas congregant: aranea autem rhetia tendit in capturã. Patet igit̃ quoniã sapiẽtia eadem nõ potest esse cuꝫ polytica: quia si daretur ꝙ sapiẽtia esset circa vtilia que vnicuiq̃ cõferentia sunt: sequeret̃ ꝙ multe essent sapiẽtie. Nõ enim vna potest esse sapiẽtia circa bonũ cuiuslibet animalis: sed altera ꝛ altera eẽt circa singula aialia: nisi forte cõcederetur per incõueniens ꝙ vna esset sciẽtia medicinalis oĩuꝫ qḋ valde incõueniẽs est. Medicina enim est de cõceptis cum materia ẜm materie diuersitatem: necesse est medicinas diuersas esse nõ tñ materialiter: sed etiam formal'r ẜm diuersitatẽ pn͞cipioꝝ eoꝝ que sana ꝛ egra sunt in oibus. Oẽs tñ ille medicine sub vna quadã et cõi medicina ↄtinent̃. Pꝫ igit̃ ꝙ sapiẽtia ꝛ prudẽtia ẜm subiecta differũt. ¶ Si aũt aliquis dicat ꝛ opponat: q: hõ optimum iter aialia hõ est: ꝛ ideo sciam de hoie nobilissimã esse nõ refert. Quis eniꝫ aialium terrenoꝝ optimuꝫ hõ sicuti in mũdo multa sunt diuiniora ẜm naturã ꝗ̃ hõ sit. v. g. ea que manifestissima: ꝛ ex quoꝝ totalitatibus mũdus ↄstat: sicut spũs celestes ꝛ elnta. Elnta enim ꝗuis in pte corruptibilia sint: tñ in totalitatibus suis manent incorrupta. Nõ enim in alia corrũpunt̃ que ante se sint: q: elntuꝫ est vt dicit Ari. qḋ ẜm formã nõ corrũpat̃ in formas alias: ꝓpter qḋ multi dixerũt ꝙ elnta reiterant̃ ẜm subam incorruptibilẽ motã: q: etiam in cõpositis ꝛ in mixtis: ꝗuis ab excellẽtijs qualitatũ remoueant̃: tñ nõ remouent̃ a subali forma. In circulari aũt gñatione qua vnum ex alio gñatur in ↄtactibus spheraꝝ suaꝝ gñant̃ abinuicem ꝛ corrũpunt̃: in totalitatibus aũt manent: ꝛ sic patet ꝙ hoie diuiniora sunt inquãtuꝫ incorruptibilia sunt: potius. n. eñ ꝑuatione rem quiescere nõ sinũt: nec in eorũdem statu ꝑmanere: ꝛ diuinũ esse participare. Tali aũt potest multuꝫ subiacet hõ. Quis aũt h̃ dicamus diuina q: ꝑmanentiora sunt: posset ꝛ aliqs dicere ꝙ hõ diuinior est: q: aĩa rationalis participat: sed h̃ ẜm Phos nõ valet. Antiq eniꝫ Phi ꝛ maxime Platonici ꝛ stoici vnicuiq̃ corpoꝝ celestiũ dederũt alam rõneꝫ ꝛ itellm ꝛ prudẽtiã: ꝛ adiũgũt ꝙ vnũqḋq̃ eoꝝ habet cognitionẽ eoꝝ que sunt sibi bona ꝛ desiderium ꝛ puidentiã ꝛ studiũ: ꝛ si h̃ est nobilior est prudentia eoꝝ ꝗ̃ prudẽtia hoĩs. Hoc autẽ dixerũt Platonici: q: videbat̃ eis ꝙ nõ possent intẽdere hũc motum huius natiuitatis vel illius nisi cognitionẽ haberent oĩum figuraꝝ motus ex ↄiũctionibus ꝛ ꝑcuẽtionibus eoruꝫ que in equali velocitate ꝛ in equali tarditate virtutes suas influũt eidem ꝛ circa idem: et nõ posse cognoscere hoc nisi prouisa sint: nec prouisa esse posse nisi sint imaginata ꝛ ad materiã determinata: ꝓpter qḋ animam imaginatiuã celestibus diuidũt. Hoc autẽ Aristoteli ꝛ ꝑipatheticis nõ placuit: qui viderũt motus celestiũ vniformes esse ꝛ regulares: vnifor͗ autem ꝛ r͗re a pn͞o difformi esse non põt: imaginatiua aũt anima pn͞m difforme est: imaginatiua eniꝫ multiplicia sunt. Dixerũt ergo ꝙ mot͗ spherarũ celestiũ ab itellectibus sunt qui vniformes sunt ꝛ simplices. Motus aũt mãe diuersus qui in elntis est ex diuersitate causat̃ figurarum ꝛ respectiuũ que sunt ex supioribus ad iferiora. Pꝫ ḡ ex dictis ꝙ sapiẽtia est scia ꝛ itellectus bonorabilissimoꝝ ẜm nãm: ꝛ ꝙ differt a prudẽtia.

¶ Cap. xx[m] De ꝓbõne ꝑ signũ ꝙ sapia nõ sit prudentia.

PRopterea autẽ que dicta sunt Anaxagorã Italicũ Phm: et Thalẽ Millesiuꝫ et siles eis phos sapiẽtes qdeꝫ eos esse dicimus. Prudẽtes aũt nõ dicimus: eo ꝙ vidimus eos ignorare ↄferẽtia sibiipsis ꝛ negligere. Supflua aũt ꝛ inutilia ad vitã hoĩs: que tñ admirabilia sunt ꝛ difficilia ad sciẽduꝫ ꝛ itellꝫ: videmus eos optime scire ꝛ multã cãm illis impẽdere que multi inutilia reputant: eo ꝙ ad hoĩs vitam nõ cõferũt: nihil aũt bonum reputãt nisi cõferens. Prudẽtia aũt circa humana bona est per nos opabilia: de quibus etiã est ↄsiliari ꝗ̃ prudẽtiã Anaxa. ꝛ Thales nõ habuerunt: ꝓpter qḋ ab vno eoꝝ admirãtibus intẽdenti cum post multuꝫ tẽpus ad sua reuerteret̃ ꝛ oĩa inuenisset inculta ꝛ instructa: ꝛ quereret̃ quare sic sua neglexisset rñdit incõueniens: si hec valerent ego nõ valerem intẽdẽs ꝙ si prudẽtialibus intendis: sed a sapiẽtialibus animuꝫ reuocasset: ꝛ sic admirabiliuꝫ nõ habet notitiam. Prudẽtia eñ circa ↄsiliabilia est: ꝛ hoc opus qḋ dicimus bene ↄsiliari maxime prudentis est. Nullus aũt ↄsiliat̃ de impossibilibus aliter hẽre: neq̃ de his ↄsiliat̃ que nõ possunt referri ad aliquem finẽ. Diximus enim in 3° ꝙ de fine nullus consiliat̃: ꝛ si etiam possunt referri ad finem de quib͗ est consiliuꝫ: oportet ꝙ ille finis sit operabile bonum: h̃ aũt oĩa in antecedentib͗ ꝓbata sunt. Si aũt prudẽtis est cõsiliari:

B
Una est sapia in oibus.

C
A
...onis taci te ...

filiari: sequit̃ ꝙ simplr̃ ꝛ vliter bonꝰ ↄsiliator est qui fm rónem ↄsiliatiuā cóiectatiuꝰ est optimi inter ea que operabilia sunt ab hoie. Sapia vo de nobilissimis est ipossibilibꝰ aliter hire: quoꝝ nullus est finis ꝛ nō sunt opabilia homini. Sapiētia igit̃ prudentia nō est.

Caplm 23m. De dña sapiētie ꝛ prudentie que penes hoc accipit̃ ꝙ sapia vliuz mō est: prudentia vo ēt ꝑticulariū.

Adhuc autem prudentia nō soluz vliuz est: sz opz prudentiaz etiā singularia cognoscere in qbꝰ est actus. Prudētia eniz actiua est: actio autem circa singularia: qꝛ in singularibꝰ est: hoc est circūstantijs circūstātibꝰ negocia ꝛ opatiões humanas. Qz aūt hō duo prudētie sint: ex hō ꝓbat̃ ꝙ sepe videmus ea diuisa esse. Quedaz enim sunt rónes operabiliuz non scientes: ꝛ tamen magis actiui sunt in prudentialibꝰ magis in alijs experti sunt. Experti autē circa aliena vel magis cautius vel directius operans efficitur circa propria q̃uis ignoret cōmunes regulas operabiliuz. v. g. Si eniz aliquis sciat in vlī quoniā leues carnes ꝛ bene digestibiles sunt sane: ignoret autez in particulari que vel quales carnes leues sint: ex tali vlium scientia non perficiet sanitatem. Si vo sciat qꝫ talium volatiliuz carnes leues sint: ꝛ sic vel sic bene preparate digestibiles: ex hac experientia sanitatez perficiet: similr̃ autem est in prudentia. Prudentia eniz actiua est sicut ꝛ medicina: ꝓpter qȯ oz ambas habere in prudentia. s. vniuersaliuz ꝛ singulariuz cognitionez. Si pfecta debeat esse prudentia: vel si altera desit: ꝛ operari debeat: magis oportet habere singularium cognitionez: quia sine hac nihil operari potest. Cuz autez ambe sint in prudentia: vna erit architectonica: hō est princeps ꝛ ordinatiua alterius: altera autez vsualis ꝛ ordinata. Que eniz circa vlia est theorica ꝛ architectonica est: que vo circa singularia vsualis est ꝛ practica.

Caplm 24m. Qz polytica ꝛ prudentia sunt idem habitus differentes a sapientia.

A

Sunt autem polytica ꝛ prudētia q̄dem habitus: esse autem non est idez ipsis. Homo eniz homo est ꝛ ciuis: ꝛ ideo conferens homini nō perfecte cōfert nisi perfecte conferat ꝛ ciui: ꝛ ideo habitus qui est de cōferentibꝰ homini sub se continet habitū qui est de ↄferentibus ciuilitati eius: aut cognitionis que circa conferentia ciuilitati due partes sunt. Una quidez que dicitur legispositiua que in ciuilibus est similis prudentie architectonice: ordinatrix enim est omniuz eoruz que circa ciuilia sunt. Alia autez pars eius est experimētalis circa singularia cuilibet cōferentia: ꝛ hō cōmune nomen retinuit tanq̃ ꝓprium: polytica eniz vocat̃. Et huiꝰ adhuc due partes sunt: vna quidem consiliatiua querēs quidem fm positas leges quibus vtile sit. Alia vo actiua in operatione ponens id quod per consilium inuentum est. Huius autem probatio est ꝙ sententia consilij extremus consilij est: ꝛ est ante opus: quia determinatio operabilis est: qȯ autem extremū est vnī, eidem non potest esse principiuz. Oportet ergo ꝙ executiua ꝛ consiliatiua due partes polytice sint: ꝓpter qȯ etiam solos illos qui actiui sunt ciuiliter ꝛ optime oportet conuersari. Hi eniz soli fm ciuilia operantur sicut chyrotechne operātur fm artem: chyrotechma eniz in artibꝰ ad theoricaz se habet sicut practica ꝛ sicut actiua in ciuilibus. Ad consiliatiua differentia tamen est in his: quia prudentia maxime videtur esse circa ea que sunt homini per se solum existēti conferentia: hec enim est cui nomen prudētie maxie deputatur. Aliaꝝ autez prudentiaꝝ que sunt circa conferētia homini nō fm ꝙ ēst per se solus: sed fm ꝙ est domesticus vel ciuis alia est denoiatio eniz que habet curā domus cōicans cōferentia domui vocatur iconomica: que autez cōiectat bona ciuilitati vocatur legispositiua si cōiectat vt preordinatrix ciuium. Si aūt cōiectat bona ciuibus fm leges positas vocatur polytica noie cōmuni: ꝛ duas partes habet: consiliatiuaz. s. ꝛ iudicatiuaz. Judicatiuam autez dicimus determinatiuā penarum ꝛ pmioꝝ ad opera ꝛ merita ciuiuz. Patet igitur ꝙ quedaz species cognitionis prudentie est scire ꝛ coniectare sibiipsi bona ꝛ conferentia: sed multaz habet differentiā cognitio cōferentium: ꝛ ꝓpter hoc qui sciens est ꝛ exercitans se circa sibiipsi bona, videt̃ ꝓprie prudens esse. Polytici autem aliquas brites cognitiones ↄferētiū ciuitati, Polipracbmones vocant̃. Polys eniz est ciuitas, pracbmones opatiores. q. circūferētia ciuitati operātes. Propter qȯ Euripedes in ambitis suis metris secutus hanc opinionem dixit. Qualiter vtiq3 essem prudēs cum mihi aderam in negociose: ꝛ cū essem in multis numeratꝰ vt multitudini īncēderem negociosus fui participare iudicia equali sine multitudini mihi cōmisse ꝓportionari. Hoc autem dixit tanq̃ sapiens: sicut qui ad aliqd vtile amplius opant̃ q̃ ꝙ vtile sibiipsi soluz: ꝛ sicut videt̃ ↄfirmari opinionē ꝙ prudentia sit circa bonuz homini per se solum existenti. Iconomica eniz nō sibi soluz intēdit: sz oibus ad domū pertinentibꝰ qualiter. s. constituātur conseruent̃ ꝛ multiplicentur. Polytica autez ciuitati vel prouintie intendit qualiter plurificet̃ ꝛ in bonis augeat̃ ꝛ conseruet̃. Tales aūt prudentes sibiipsis bona querunt ꝛ existimant oportere sibi bona querere ꝛ operari. Superfluū autem esset alienis occupari. Ex hac igitur opinione venit tales sibiipsi intendentes prudētes esse ꝛ non alios: q̃uis forte hō propriuz non sit prudentie: quia perficere non pōt sine iconomica ꝛ sine vrbanitate. Cuius ꝓbatio est id quod dicit Aristo. in polyticis: ꝙ homo solitarius peior est q̃ esse potest vel melior homine: erit enim vel deus vel bestia. Si enim nullo indiget, deus est: si autē paucis qua natura vitro offert contentus est, bestia est. Dicit. n. Aui. ꝙ nullum cibū sufficienter natura preparat homini nisi lac. Si ergo multis indiget ad cibum ꝛ vestitum ꝛ alia cōmoda que solus preparare non potest: pz ꝙ huiꝰ fm se solus ↄferens sibi prouidere non potest. Sed oportet ꝙ inter ciues ciuiliter viuat in cōmutationibus ꝛ distributionibus ꝛ domesticaz casam habeat. Adhuc autē homo fm se solus apud se manifestuz nō habet qualiter eum oporteat disponere ꝛ intendere suo proprio bono. Bonum enim ꝓprium ꝛ priuatum ordinat̃ ad domesticum: domesticū autez ad bonū ciuitatis. In primo autē huius sciētie libro determinatuz est ꝙ quecūq3 potentie tales ordinant̃ ad vnaz aliquā, oēs sub illa ↄtinent̃ sicut sub architectonica quadaz ꝛ ordinatrice aliaꝝ. Bonum ergo priuatum non pōt disponi sufficienter nisi per iconomicā: nec bonum iconomicū ordinat̃ nisi per ciuilem: ꝛ si sine ciuili ꝛ iconomica proprio bono intenditur: manifestum nō erit qualr̃ bonuz hō disponat̃ ꝙ ad optimū perfectum hominis perueniat.

Iconomica

Polytica

Polipracbmones.

Euripedes poeta.

B

Aristo.

Auicē.

Caplm 25m. De dña sapientie ꝛ prudentie sumpta penes hoc ꝙ diuersoꝝ sunt pfectiones fm etatem.

A

Quod autem prudentia non solum vniuersalium sed etiā singularium sit: signum est ꝙ iuuenes inexperti bene fiunt geometrici ꝛ bene discipli in scientijs disciplinabilibus ꝛ bene fiūt sapiētes in talibus particulari sapientia. Juuenis autē prudēs non videtur fieri. Et causa huius est: quoniā sicut dixímꝰ.

prudentia non solum vniuersaliũ sed etiam singulariũ est cognitio. Singularia autẽ cognita non fiunt nisi per experientiã. Juuenis aũt ꝓpter etatis breuitatẽ ⁊ instabilitatem expertus esse non potest. Multitudo enim temporis requiritur ad hoc vt experimentũ probetur: ita ꝙ in nullo fallat: vñ Hippocrates in medicinalib⁹ loquẽs hoc ipsum innuit. s. vita breuis: ars võ longa: experimẽtũ fallax: iudicium difficile est. Oportet enĩ experimentũ non in vno modo sed ſm omnes circũstantias ꝓbare vt certe ⁊ recte principiũ sit opis. Et q̃uis nõ sit de presenti intentione: tamẽ quia de hoc mentio facta est nõ inutiliter intendat aliquis querere ꝓpter quid puer siue iuuenis in adulta existens etate ita ꝙ rerum possit cõprehendere rationes: bene fit mathematicus: sapiens autẽ vel physicus in tali etate fieri non potest. Queri enim potest vtrum hoc sit ꝓpter hoc ꝙ mathematica in abstractiõe sunt: sapientialia autem ⁊ physica per experientias accipiuntur. Unde sapientialia ⁊ physica bene dicunt iuuenes vt audita: sed non credunt plena fide: eo ꝙ sunt inexperta. Omnia enĩ que sunt de genere mathematicorum talia sunt ꝙ diffinitio dicens quid: ⁊ ꝓpter quid in eis est manifesta ⁊ stat in vno: ⁊ vno mõ inuariabilis ſm cõparationem ad multa: ⁊ hec est vera causa eius qõ querit: quia iuuenis ꝓpter etates puritatem intellectum habet optime dispositum. Intellectus autem bene dispositus per seipsũ applicabilis est formis intelligibilib⁹: ⁊ idcirco que intelligibilia sunt ⁊ itellectui hominis proportionata optime accipit iuuenis: que autẽ in sensibilib⁹ ipsa sunt ⁊ multa indigent collatione ⁊ ꝓportione ad vnum tempus indigent: ⁊ multa ex animi narratiõe anteq̃ certe credantur. Similiter ea que intellectui hominis proportionata non sunt: eo ꝙ ante ipsum sunt ab intellectu hominis non accipiuntur nisi per posteriora. s. per effectus ⁊ signa que etiam in particularibus ⁊ singularibus experiri oportet: ideo sapiẽtialia a puero vel adulto certitudinaliter non accipiuntur. Ad omniũ autem horum notitiam notandũ est ꝙ physica omnia diffiniuntur cõcepta cum materia: quorũ autem sedes ⁊ firmamentũ materia est in suis rationibus ⁊ quidditatibus variãtur ſm materie narrationem: ⁊ tales sunt omnes forme que sunt actus ⁊ perfectiones corpoꝝ. In talibus enim q̃uis forma finiat ⁊ determinet materiã: tamẽ nõ infundat eã inesse qõ dat ei esse sed variationi subiecta propter potentiam que non separatur ab ea, etiã ipsum esse ⁊ quidditas variabilia efficiuntur: ꝓpter qõ Eraclitus dixit ꝙ de talibus posset nihil vere ꝓnuntiari. Tales autem forme sunt natura ⁊ naturales vite que sunt sensus ⁊ vegetionis: ⁊ ideo talia comprehendi nõ possunt certa cõprehensione: vt dicunt Tholomeus ⁊ Boetius: ⁊ id qõ scitur de eis multo experimẽto indiget ⁊ multa examinatiõe que iuuenis nõ habet. Mathematica aũt per seipsa ſm suas quidditates separata sunt: ⁊ si per se non essent separata: tunc proculdubio abstrahentiũ esset mendaciũ sicut ⁊ in phicis. Si enim accipiam⁹ circulũ vel generalr figurã di. ꝙ circulus est figura plana vna linea contempta in cuius medio signũ a quo omnes linee ducte ad circũferentiam sunt equales cõcipit̃ h̃ de sensibilia materia: ꝓp qõ vna ratio est circuli siue sit ligneus siue cupreus: ⁊ sic est in omnibus mathematicis tã discretis q̃ continuis. Mathematica enim per hoc ꝙ sunt sepata per se intelligibilia sunt: per hoc autem ꝙ ex quãtitate sunt facile sunt intelligibilia ab homine: eo ꝙ intellectus hominis imaginationi cõiunctus est. Diuina võ nullo modo entitates suas habent in materia nec fundantur in ea: sed primo in seipsis existentia omnia alia fundant ⁊ continentiam

Hippo. — Physicalia diffiniuntur cum mã. — Boetius

mathematica q̃ physica: ⁊ ideo illa abstractione non indigent vt intelligibilia sunt: quia penitus per se deputata sunt sicut intelligentie que per se cause sunt reruꝫ oẽs res fundantes ⁊ intus fundata nullis: ꝓpter quod etiam anima rationalis que vera intellectualis est in hoc fundat corpus ꝙ materia eius est ⁊ continet nõ contenta ab ipso: sed separata cũ nullius corporis sit actus: sed intelligentie imago super omnes formas naturales eleuata. Cũius autẽ iste modus abstractionis fit per diffinitionẽ ⁊ quidditatẽ ⁊ esse: est tamẽ adhuc ⁊ aliud modus quo vniuersale abstrahitur a particulari: ⁊ iste in omnib⁹ est tam phicis q̃ mathematicis q̃ diuinis: ⁊ iste fit per intellectum abstrahentẽ hoc est veram rei accipientẽ simpliciter nõ ſm esse qõ hꝫ in isto vl' in illo. ¶ Ex his igit̃ sufficienter patet solutio questionis inducte: ad ꝓpositũ ergo reuertentes dicimus ꝙ quia prudẽtia circa vniuersale est ⁊ particulare: ⁊ idcirco duplex peccatum incidit in ea. Peccatũ qdẽ circa vniuersale accidit in consiliãdo: q̃. s. non inuenitur qõ vniuersale est ad finẽ: peccatũ autẽ qõ accidit circa singularia accidit in operãdo: q̃. s. sufficienter expertum non est. Huius autem exemplum est: q̃ circa vniuersale peccat qui oẽs ponderosas aquas prauas dicit esse. Contingit enĩ in aliquo casu ponderosam aquã esse vtilem. Alterius autem exemplũ est de eo qui dicit hanc aquam ponderosam esse: que forte ponderosa nõ est sed similis ponderose.

C — Peccatum in prudentia est duplex.

¶ Caplm 26m. De dĩa prudentie: scientie: ⁊ intellectus.

QUod autem prudentia non sit scia manifestum est. Prudentia enim extremi est singl'aris quẽadmodum dictum est: nihil enĩ operabile est nisi extremũ qõ vltimo. s. ⁊ consilio determinatum est. Scientia autẽ vliũ est ꝓpter qõ iuuenis sciẽs esse potest: prudens võ non. Prudentia opponitur intellectui in hoc ꝙ intellectus quidẽ terminoꝝ est: diffinitionum. s. ⁊ principioꝝ: quoꝝ non est ratio siue syllogistica siue diffinitiua: sicut pꝫ per antedicta. Prudentia autẽ extremi singularis cuius non est scientia: sicut pauloante diximus: sed sensus de talibus est nõ ꝙ sensus ꝓprius q̃ ꝓprioꝝ est sensibiliũ: sed sensus cõmunis qui cõpositiu⁹ ⁊ diuisiuus ⁊ iudicatiu⁹ est vliter sensibilium: hoc est sensus cum quo sentimus perfecte iudiciũ sensibiliũ apud nos habẽtes. Qr enĩ tale sensibile extremũ sit per simile patet in mathematicis. Si enim figure angulate resoluãtur resolutio stabit in aliquo extremo qõ nõ resoluit̃ in aliquam figuram ante se: ⁊ hoc est trigonũ. Omnis enim figura angulata in tot trigonos resoluitur quot hꝫ angulos: trigonus autem non resoluitur in aliam figuram: eo ꝙ illic stat resolutio. Similiter est cum consilium sit per modum resolutionis stabit in aliquo vltio singulari operabili qõ sensu cõmuni determinatur. Jlle enim sensus per iudicium sensibiliũ qõ habet magis vt prudentia est. Alius autẽ sensus qui ꝓprius est: alia species est nuntians qdẽ sensibile sed nõ diiudicãs ipsũ. Sic ergo differunt prudentia: intellectus: ⁊ scientia.

A

¶ Tractatus 3⁹. De virtutibus adiunctis prudentie.

¶ Caplm pm. De eubulia in quo sit genere.

POst hec de virtutibus adiunctis prudentie dicẽdũ est. Qr aũt omnes sunt circa ea que sũt per nos operabilia de quibus est cõsiliari oportet de ipso quedam consiliaria dicere. Querere enim ⁊ consiliari se habent sicut inferius ⁊ superius. Omne enĩ consiliari querere est sed nõ con-

uertitur: est eniz querere speculatiuũ de sensibus de quibus nõ est consiliari: consiliari ergo est quoddã querere.

Eubulia non est scia.

¶ Cum autem de prudentia iam dictuz sit: ⁊ prudentis opus sit bene consiliari: oportet assumere ad dõm de eubulia quid sit: ⁊ vtrum sit scientia quedaz vel opinio vel eustochia vel aliquid aliud in genere existimatiõis ꝙ sit genus eius per qd possit diffiniri. In diffinitione eniz primuz genus inuestiganduz est. Scientia quidem igit̃ nõ est. Scientes enim non querunt de quibus non sciunt. Sciunt enim de cõclusione: ⁊ de illa questio vlterius nõ est. Cuius autem cõclusionem in questione ⁊ ãmiratione poneretur. Eubulia autem consiliuz qddam est. Omnis autem consilians in eo ꝙ ꝯsilians querit ⁊ ratiocinat̃ de quesitis: quesita. s. disponens ⁊ ordinans ⁊ eliciens quid vtile ad finem ⁊ quid nõ. Et consilians in eo ꝙ consiliãs in nullo stat: sicut de necessitate conclusio. Patet igitur ꝙ eubulia nõ est scientia. Similiter patet ꝙ eustochia non est.

Eubulia non est eustochia.

Uidetur eniz eustochia ab eu: quod est bñ / ⁊ stochios quod est coniectatio: inde eustochia. q. bona coniectatio. Bona autem coniectatio in hoc est ꝙ aliqs statim ⁊ sine premeditatiõe ⁊ sine inquisitione repẽte videt qd vtile ⁊ qd inutile sit: quos nos latine sagaces consueuimus appellare. Patet igit̃ ꝙ eustochia sine ratiocinatiõe est ⁊ sine inquisitione ⁊ velox. Qui autez consiliantur: quia dubitant ⁊ inquirunt ⁊ indigent multo tempore: ⁊ ideo prouerbiũ est antiquũ: ꝙ consiliata velociter operãda ⁊ implenda sũt. Consilium autez cum mora ⁊ grauitate debita inueniendum est: manifestũ est igitur ꝙ eubulia eustochia nõ est.

Eubulia non est sollertia.

¶ Adhuc autẽ sollertia alterum est ab eubulia. Sollertia enim in se continet eustochiã: est enim eustochia quedam sollertia. Sollertia enim ꝓprie ⁊ cõmuniter dicit̃. Proprie dicta sollertia est indeliberata ⁊ impremeditata inuẽtio medij termini qui est cã ꝯclusionis: ⁊ hoc modo dicta sollertia: scientie adiungit̃ ⁊ nõ prudẽtie. Cõmuniter dicta sollertia est prompta inuẽtio ⁊ idcliberata causarum ⁊ rationuz ad qdcũqz prioruz: ⁊ sic qui rõnes operabiliuz promptas habet / sollers vocat̃: ⁊ hoc modo eustochia quedaz sollertia est: ⁊ cum eubulia non sit eustochia sequitur ꝙ nõ sit hoc modo dicta sollertia. Neqz ẽt opinio eubulia est quocũqz modo opinio dicatur: siue. s. ea que videtur pluribus: siue ea que videtur sapientibus: siue quocũqz alio modo dicatur.

Eubulia non est opinio.

Hoc autem probat̃ per hoc ꝙ non eadem accidunt opioni ⁊ eubulie. Rectitudo enim ⁊ peccatũ eubulie accidunt que sub eadem rõne non accidunt scientie ⁊ opinioni: qui enim male consiliat̃ peccat in consilio: qui autez bene consiliatur rectus est in cõsiliando.

Eubulia ẽ rectitudo ꝯsilij.

Manifestum est autem ꝙ eubulia quedam rectitudo cõsilij est. Et hoc patet ex ipso nomine ꝙ componitur ab eu qd est bene: ⁊ bulesis quod est consilium. vñ bulesis idem est qd bona consiliatio. Bona autem consiliatio recta est: eo ꝙ per ipsam recte attingitur finis. Talis autem rectitudo neqz scientie neqz opinionis est: ⁊ quod scientie non sit: per hoc patet ꝙ opposita nata sunt fieri circa idez.

B

Si ergo rectitudo scientie accideret terminis ꝙ etiam accideret eis peccatuz aliquãdo: qd falsum est. Scientia enim diuiditur vero ⁊ falso: ⁊ non recto ⁊ peccato. Cuius autem dicatur ꝙ opinionis rectitudo est: hec autem rectitudo veritas est opposita recto ⁊ non peccato: preter hoc tamen omne cuius opinio est vel scientia: vel determinatũ est in aĩa scientis vel opinãtis. Qui aũt consiliatur nihil habet vt determinatum.

A

Eubulia igitur neqz scientia neqz opinio est: sed est rectitudo consilij: qd sic patet. Sunt enim opposita eubulia ⁊ cacobulia. Itez opposita peccatum ⁊ rectitudo circa idez. Si ergo oppositum de opposito ⁊ propositũ de proposito: constat aũt ꝙ cacobulia peccatum est in consiliando: ergo eubulia rectitudo in eodem erit. Neqz eubulia semper veruz cõsiderat in consiliando si ciuiliter loqui velimus: sed considerat rectum ad finem ꝙ aliquãdo fit mendacium vel proditione quibus ciuis bene vtitur ad inimicuz: vel vt ledat: vel vt amicum ab eo eripiat. Unde Aristo. in regimine domino ꝑ: cum inimicis omnia cũ proditione agẽda sunt.

Aristo.

Si tamen eubulia non est sine ratione: coniectatio enim rationis actus est: cunctatur autem eubulia ⁊ querit: patet ergo ꝙ defectum intelligentie eubulia deficit a ratione. Ratio eniz completa siue mens in hoc cõpleta est qd ex principijs propriam assumit conclusionẽ ⁊ stat in illa. Querens autem consilium in nullo stat: sed quasi possibiliter procedit si hoc scilicet vel illud fiat quid accidat: ⁊ ideo in probando ⁊ certificando non habet perfectam operationem: sed est eius actus imperfectus quẽadmodum generatio ⁊ motio. Qui autem opinatur modo certo enuntiat de quo opinatur: qd non facit consilians. Opinio enim non questio: sed iam postq̃ opinatum est enuntiatio quedam est: consilians autem nequaq̃ enuntiat de aliquo: patet igitur ꝙ eubulia non est opinio. Oĩs enim qui consiliatur siue bene siue male consiliat̃: querit aliquid qd ad finem valeat: ⁊ ratiocinatur qualiter finis habeatur ex illo. Consilium eniz in genere questionis est: ergo ⁊ eubulia: ⁊ cum eubulia rectitudo consilij sit: ⁊ in B ꝙ querit a scientia ⁊ opinione distinguitur. In hoc autez ꝙ consiliãdo querit differt ab eustochia ⁊ sollertia: bene autem vel male consiliando querere differẽtie constitutiue sunt eubulie ⁊ cacobulie.

¶ Caplm 2m. De differentijs ꝯstitutiuis eubulie ⁊ de collectione diffinitionis eius.

INuestigãdo autẽ differẽtias ꝯstitutiuas eubulie supponimus ex prius habitis ꝙ eubulia quedã rectitudo consilij sit: propter qd primuz opz querere quid sit consilium ⁊ circa quid sit.

A

Genus enim est qd in qd ꝓdicat̃: dĩe autẽ q̃ in quale. In diffinitione ergo primo oportet supponere quid sit genus: ⁊ hoc consilium est in diffinitione eubulie.

[illegible]

Consilij autẽ substantia non melius sciri põt q̃ ex subiectis circa que est: consiliuz enim anime est actus. Actus autem ⁊ habitus ⁊ operationes anime ex subiectis cognoscũtur circa que sunt. Habentes igitur genus ⁊ volentes inuestigare differentias ex parte rectitudinis oportet inuenire. Est. n. eubulia rectitudo quedam consilij: quia autez rectitudo multipliciter dr̃: manifestũ est ꝙ nõ omnis rectitudo eubulia est. Incontinens enim ⁊ prauus id quod vt finem sue voluntatis proponit sibi optimuz esse ordinabit: etiã ex ratiocinatione qualiter consequatur. Patet igit̃ ꝙ ille recte consilians est: ⁊ tamen magnuz malum voluntatis vt finem assumens est: sicut patet in Paride ⁊ Helena. Paris enim recte consiliabatur quando a venere requisiuit venerea. Magnuz autem malum assumpsit pro fine scilicet alterius thori violationez: ⁊ hoc non potest eẽ eubulia: quia bene consiliari videtur omnibus quoddã bonum consiliari ad quod consequenduz omnis consilij dirigatur intentio. Eubulia eniz nõ omnis consilij rectitudo: sed est rectitudo quedã que boni finis est adeptiua ꝙ non fuit in consilio paridis.

Finis bonus malo medio qñqz acqrit̃.

¶ Adhuc autẽ si boni finis sit adeptiua ⁊ nõ per medium bonum non ꝓprie eubulia est. Contingit enim aliquãdo aliquez id qd sibi bonum est ⁊ opportunuz sortiri: ⁊ hoc falso syllo. Hoc autẽ contingit ꝙ medium terminũ ꝯtingit falsum eẽ ⁊ nõ bonũ ⁊ opportunũ. Sunt eniz duo quasi termini extremi: appetens ⁊ res que appetitur: quos cõtingit aliquãdo prau

portionatos esse: sicut si captiuus liberetur vel pauper appetat diuitias. Medium autem potest esse incompetens sicut per adulterium cum vxore captiuatoris vel diuitis captiuus vel pauper querat liberari vel ditari. Sicut enim in syllogismo veram contingit esse conclusionem medio falso in vna vel vtraq̄ propositione assumpto: sic ⁊ in moralibus contingit esse medium incompetens extremis: tamen opportune coniunctis. Si enim dicatur q̄ quicunq̄ captiuus est illis opportuna est liberatio ⁊ opportune eam desiderat: verum est quod dicitur. Si autem assumā q̄ omne per qd sortiri potest liberationem opportunum sit non semper verum sit. Malo enim qd non est opportunū bonum sortiri contingit ⁊ bonum sortiri malo medio cacobulia est. Eubulia igitur non est nisi ⁊ bonum sortiatur bono medio. ¶ Adhuc autem contingit q̄ consilians in multo tempore ⁊ pluri q̄ oportet: sortitur qd intēdit. Contingit autem q̄ alius velociter ⁊ minori q̄ opportunum est ad consilij maturitatem sortitur propositum. Primum quidem pigrum vel hebetem vel stolidum appellamus qui plurimo tempore non inuenit qd faciendum est. Secundum autē appellamus precipitem. Cum aūt vtrūq̄ sit malum: constat q̄ vtrūq̄ cacobulie est: cacobulia igitur neutrum illorum: sed rectitudo vtriusq̄ que tanti temporis est quātum ad maturitatem consilij vtile reputatur: ⁊ est de re cuius oportet esse tale consilium: ⁊ vt oportet ⁊ quādo oportet: ⁊ de alijs circūstantijs similiter. ¶ Adhuc contingit consiliari de eo qd simpliciter bonum est: ⁊ cōtingit consiliari ad quēdam finem boni specialis. Bene enim cōsulere simpliciter est bene consulere ad finem qui simpliciter finis est: ⁊ vniuersaliter sicut est felicitas ad quem finem quis bene consulit quādo proponit ⁊ ordinat ea que simpliciter dirigunt in finem illum: sicut faciunt virtutes ⁊ virtutum operationes que essentialiter saluantur in felicitate. Quedam autem bona consiliatio est quādo aliqs proponit ⁊ ordinat ea que dirigunt in bonum quoddam qd nō simpliciter bonum est: sed est bonum simpliciter vel conseruans vel adiuuans vel impeditum prohibens: sicut sunt diuitie vel potentatus. Ex his igitur facile est cōcludere diffinitionem eubulie. Eubulia enim vtiq̄ erit rectitudo que est secundum vtile ⁊ conferens dirigens ad finem simpliciter vel ad quēdam finē: cuius prudentia vera suspicatio est. Omnis enim eubulia finem habet talem cuius prudentia vera suspicatio est siue conceptio est ⁊ econuerso. Omne consiliabile cuius prudētia vera cōceptio est, eubulie finis est: secundum predicta prudētia sine errore se habet circa appetibilia ⁊ consiliabilia: eo q̄ quecunq̄ proposuit prudens ⁊ medi[tus] est ⁊ mensurauit ad finē adeptionis propositi omnia illa opportuna sunt ⁊ vtilia: ⁊ modi per quos tales fines adipiscuntur omnes sūt opportuni ⁊ finibus concordantes. Adinuenta enim sunt a prudētia que est habitus bonus, bonū eligens propter seipsum. Hec igitur est diffinitio eubulie.

B · *Stolidus* · *Preceps* · *A* · *Eubulie diffinitio.*

¶ Capl'm 3m. De sinesi ⁊ asinesia quid sint.

De virtutibus igitur adiūctis prudentie est etiam sinesis cui asinesia opposita est. Q̄ enim iste qualitates sint ⁊ habitus anime: ex hoc probatur: quia secundum istos sinetos ⁊ asinetos denominamus quales esse quosdam significātes: sinesis autē non totaliter est siue vniuersaliter est idem qd sciētia vel opinio. Si enim hoc diceretur sequeretur q̄ omnes sciētes vel opinātes essent sineti: qd falsum est. Neq̄ iterum sinesis est aliqua vna particularium scientiarum que est de particulari aliquo scibili: etiam si scientia generaliter accipiatur secundum q̄ scientia diffinitur: q̄ scientia scilicet est que prinorum ⁊ secundum ordinem habet: sicut enim etiam continet artes. Omnis enim scientia ⁊ omnis ars conceptio est eorum que apud ipsas traduntur: ita vt hec prima sit quidē alia aūt secūda: ita q̄ secunda tradi non possit nisi penarratis prioribus. Hoc enim modo medicina est particularis que sinesis non est. Si enim esset sinesis medica sinesis esset de sanis vel egris vel neutris qd falsum est: per eandem rationem non est geometria. Geometria enim est circa magnitudines imobiles: sinesis aūt neq̄ de semper entibus ⁊ necessarijs est: neq̄ de imobilibus: neq̄ est de factis in preterito: hec enim etiam necessaria sūt: nec de factis cuiuscūq̄ ad nos non pertinente: sed est de operabilibus per nos de quibus aliquis bene debet dubitare ⁊ consiliari: propter quod manifestum est q̄ sinesis circa eadem est circa que est prudentia: non tamen idem sunt sinesis ⁊ prudentia: quia non eodem modo sunt circa idem. Prudentia quidem enim de vltimo per consilium inuento preceptiua est. Prudentia enim in consilio finem non ponit nisi quando inuenit quando oportet agere vel non: ⁊ vltra illud consiliando nō procedit: sed hoc quasi determinatum relinquit. Sinesis aūt hoc qd a prudentia determinatum ⁊ preceptum est diiudicat qualiter optime proficiat ad opus ⁊ qualiter optime fiat. Sinesis ergo iudicatiua est solum eius qd a prudentia preceptum est: ⁊ q̄uis hec diffinitio non secundum substantiam sinesis: sed secundum bene sinesis data sit: tamen reprehensibilis non est: quia idem est sinesis ⁊ eusinesia: qd probatur in denominatiuo. Dicimus enim idem esse sinetos ⁊ eusinetos: ⁊ sic concretum de concreto ⁊ abstractum de abstracto predicabitur. Grece enim sinesis intellectus transfertur: cum tamen nō vere sit intellectus: sed potius intellectus quedam perspicacitas qua hō optie diiudicat qualr bene in opere ponatur q̄ a consilio prudentie preceptum est: vnde dicitur a sin: quod est con, ⁊ nois quod est mens. q. ad vnum diuidendum congregata mens: q̄ in bonis quidem est sinesis: in malis autē astutia vel calliditas, nisi q̄ calliditas magis sonat in dolum. Et secundum primā quidem institutionē sinesis bonitas ingenij vocatur: secundum quā discipulus bene diiudicat precepta doctoris: transumptum autem est ad iudiciū quo bene indicatur preceptum datum ex consilio prudētis. Ex quibus patet q̄ sinesis neq̄ est habere prudentiam: neq̄ sumere prudentiam: vtrūq̄ enim ante sinesim est. Est enim habere prudētiā ⁊ sumpsisse prudentiā ante preceptum qd ex prudentia determinatū est. Sinesis aūt post preceptū: eo q̄ ipsa precepti illius diiudicatiua est. Unde queadmodum dicere a doctore in discipulo dicitur synesynay grece quādo scilicet discipulus scientia accepta a doctore perspicaciter vtitur: sic in moralibus perspicaciter vti opinione ⁊ in bene iudicare de his de quibus prudētia est. Alio quodam dicente ⁊ ex prudentia determināte ⁊ precipiente quid operādum vel non operandum sit. Patet igitur q̄ sinesis est in bene iudicare: cu enim ei qd est bene idem est ⁊ hinc venit nomen sinesis que dicitur congregata vel vnita mens: congregatio autem mentis non est nisi ad difficile ⁊ bonum: male enim facile est ⁊ sparsa mente perficitur: vnde sinesis idem est qd eusinesia secundum quā eusineti nominantur, trāsumpto nomine ex eo sinesi que est in discere: multotiens enim dicimus bene discere grece vocari synynay qn discens bene vtitur ⁊ diiudicat audita.

Sinesis non est scientia. · *Sinesis differt a prudentia.* · *Sinesis unde dicitur.* · *B* · *A*

¶ Capl'm 4m. De gnome quid sit.

Est autem virtus quedam que grece gnome dicitur: eo q̄ de gnosticis hoc est cognitiuus virtutibus est. Q̄ aūt habitus sit in genere qualitatis ex hoc patet q̄ secundum eam eugnomonas denominamus bene

gnosticos sic vocantes ⁊ illos dicimus habere gnom̄ vt habitum qui alicuiꝰ virtutis anime perfectio est: ſm hoc igitur gnomos est iudicium rectum sunt iusti qui grece epykeyos vocantur: ita ꝙ epykeya executiua sit eiꝰ ꝙ gnomos iudicat esse faciendum. v.g. precipit lex muros non esse diruendos: videt aliquis securitatem muroꝝ ciuibꝰ esse causaz resolutionis ⁊ mollitiei: ⁊ sic ciues viles ⁊ imbelles figure per gnomos muros iudicat esse diruendos vt necesse sit ciues in armis exercitari qḋ legislator iudicaret si presens esset: hoc autē exequit̄ epykeya. Signuꝫ autem eius qḋ dictum est ħ qḋ epeyeykeyes maxime dicimus eē singnomonicos: ⁊ dicimus ꝙ epeyeykeyes circa quedam habet singnomos: habet enim circa pericula emergentia que attendere non potuit legislator cū legeꝫ cōmunē poneret. Singnomones .n. iudicatiua est epyeykeyos: recta auteꝫ singnomes vocatur quādo iudiciū verum est ⁊ veri. Videt̄ autem a sin qḋ est con: ⁊ gnomes quasi congregata gnostica virtus: qualiter id qḋ de nouo emersit optime fiat: ⁊ si ħ contra legem sit. Tres igitur sunt que ex parte prudentie accedunt virtutes adiuncte: vna quideꝫ in actu eubulia: vna vō ex hoc ꝙ ex actu prudentie determinatū est ⁊ preceptum. s. sinesis: vna que in re que prudentie subiacet ⁊ a legislatore determinari nō potuit scilicet gnome: ad sapientiam auteꝫ ⁊ intellectum ⁊ scientiam taliter adiuncte virtutes ⁊ adminiculantes ordinari non poterant: eo ꝙ intellectus est acceptio sine medio. Sapientia autem ⁊ scientia ⁊ si mediū habeant: habent tamen vno modo.

Capl̄m 5m. De differentia hoꝝ habituū adinuicem.

Unt autem omnes isti habitus rationabiliter in ideꝫ tendentes. Dicimus enim gnomon ⁊ sinesim ⁊ prudentiaꝫ ⁊ intellectū practicū: omnes hos habitus in eosdeꝫ homines inferentes: quos eniꝫ dicimus habere gnomen siue gnosticos, eos etiaꝫ dicimus habere intellectū practicuꝫ ⁊ esse prudētes ⁊ sinecos. Omnes enim isti habitus habitˡᵉˢ potentie quedam sunt que negᵗᵐ circa singularia in quibus est actus vel operatio: ⁊ hec extrema sunt: eo ꝙ syllogismus practicus stat ad ipsa: sicut in antehabitis sepe dictum est. Adhuc autē in eo ꝙ bene quis iudicatiuus est de qbꝰ prudens bene precipit Sinecus quis est: ⁊ in simili iudicio dicimꝰ eugomen ⁊ signomen. Judicat eniꝫ de his que alius per prudentiaꝫ dirigeret ħ que cōmunia sunt: ⁊ ad cōmunē vtilitatē referibilia sicut omnia iusta cū epyeykeys de numero cōmuniuꝫ bonoꝝ que cōiter ad omnes pertinent in eo ꝙ ad alterum ſm rationeꝫ debiti referuntur: sicut in quinto libro determinatuꝫ est. Omnia auteꝫ talia sunt operabilia que sunt circa singularia ⁊ extrema: hic enim oportet cognoscere prudentem: eo ꝙ prudēs actꝰ est ⁊ in singularibus est actꝰ. Sinesis autem ⁊ gnomones circa eadem operabilia sunt sicut sepe dictuꝫ est: hec autem operabilia sunt extrema. Omnes ergo dicti habitus circa extrema ⁊ singularia: aliter tamē intellectus est extremoꝝ ꝙ̄ alij habitus: intellectꝰ eniꝫ siue sit speculatiuus siue practicus in vtramqꝫ partem extremoꝛuꝫ est. Est enim primoꝛuꝫ principioꝝ siue sint axiomata siue termini: hoc est diffinitiōes imediata applicatione acceptiuꝰ: siue illa principia sint contēplatoꝛis siue operationis: hec autem principia extrema sunt in ascendendo: quia in eis stat resolutio. Intellectus etiam extremoꝛuꝫ singularium in quibus est operatio ⁊ hoc est intellectus practicus: hic enim actiuus est: ⁊ ideo singularium oportet habere cognitioneꝫ. Speculatiuus auteꝫ conclusiones habet pro extremis in quibus stat decursus syllogisticus a principijs deductus: talium auteꝫ extremoꝛuꝫ non est ratio que cum ratiocinatione est: talis enim ratio nō accipit nisi per medium: intellectus autem imediata est acceptio veri. Speculatiuus quidem intellectus qui ſm demonstrationes est terminoꝝ primoꝝ imobilium ⁊ necessarioꝛuꝫ: practicus autem est extremi singularis ⁊ contingētis ⁊ est magis alterius propositionis ꝙ̄ prime. Prima enim in decursu syllogistico ⁊ in operaᵇˡᵉ vniuersalis est ⁊ frequenter falsa vel dubia. Secūda autem siue minoꝛ: quia singulari viciniōꝛ est particularis est ⁊ magis principiuꝫ operis: ꝑpter quod ⁊ rhetoꝛes in enthimematibꝰ suis tacent maioꝛē ⁊ ex minoꝛi concludūt: eo ꝙ minoꝛ singulari ꝑposito viciniōꝛ est. Ille eniꝫ propositiones sunt principia eius qḋ est gratia ⁊ finis: propter quod queritur ⁊ fit omne ꝙ quis querit ⁊ operatur. In talibus enim vniuersale accipitur ex singularibus in quibus respersum ⁊ confusum est: nec tamen separatur ab eis: sed accipitur ſm conditionem singularium in quibus est actus. Hoꝛuꝫ igitur singularium in practicis oporteret habere sensuꝫ. Sensum auteꝫ dico experimentalem cognitioneꝫ sensibilium: hic auteꝫ sensus intellectꝰ est practicus ad sensibilia reflexus. Hoꝛuꝫ auteꝫ exemplūꝫ est qḋ fecit Demosthenes ad athenienses concionās ⁊ persuadens Philippo non esse confederandum in singularibus ostēdens quomodo Philippus terras atheniēsium depopulatus sit: casalia incenderit: ciues occiderit: hostibus eoꝛum semper coniunctus fuerit: ex his ꝯferre volens ꝙ Phphilippus ad nocumentuꝫ atheniensiū semper intenderit. Et ex hoc vniuersale finiens ꝙ ei q intendit ad nocumentum confederanduꝫ non sit. Philippus auteꝫ intendit nocumento: ergo Philippo cōferandum nō sit. De dīa practici ⁊ speculati īellectus satis in premissis huius operis a nobis dictum est.

Capl̄m 6m. Qꝛ iste virtutes quodāmodo nāles sunt.

Ropter hoc autē quia omnes iste virtutes in iudicio singularium consistunt etiam naturales esse videntur: non ꝙ cuꝫ natura data sint: sed quia in quadam etate accedunt homini. Hoc aūt non est in alijs: per naturaꝫ enim intellectus dicitur esse sapiens vel sciens: oportet enim in his esse vel inuentionem vel doctrinam. Gnomum autem habet ⁊ sinesim ⁊ intellectum practicum ⁊ etiam prudentiam ⁊ eubuliam in quadam etate per naturam. Hec autem etas est que ad optimum deducit iudicium de singularibus ad quod tria exiguntur. s. complexio iudicantis: acceptio iudicati: ⁊ cura siue diligentia iudicij. Complexio quideꝫ ꝙ sit humidum formam recipiens ⁊ tenens ⁊ spiritus mediocriter temperatus vt bene formas deferat: ⁊ calidum bene mouens ⁊ operationes non cōmiscens. Infans ergo talis non est propter complexionis defluxuꝫ ⁊ instabilitatem. Senex vero in vltima etate ħ non potest propter ruinosam eius complexionem. Juuenis igitur ħ incipit habere: sed in viro sunt confirmata. Judicium auteꝫ rei accepte non est nisi per experientiam: que quia multiplex est in singularibus ſm omneꝫ loci temporis aeris climatis complexionis ⁊ etatis varietatem longissimo tempore indigent: ⁊ ideo iuuenis expertus nō est: ⁊ consequenter nec boni intellectus practici nec prudens nec sinecus nec gnomicus esse creditur. Qui autem studiuꝫ ⁊ causam circa vitam non habent experiri non curant: ⁊ ideo diximus in primo ꝙ differt etate vel moribus puerilis: non eniꝫ ab etate sed a passione defectio est. Quod autem in quadam etate hec accedant: signum est quia omnes existimamus ꝙ iste virtutes sequuntur ad eta-

Epykeya

Tria ad hī iudicantem exiguntur.

tes quasdam: ⁊ hec quedam particularis etas sicut virilis que intellectum practicum habet ⁊ synesim ⁊ gnomon. Naturalia enim hec dicimus eo ꝙ natura in suis principijs apprehensiuis ⁊ indicatiuis confortatiua talium existit virtutum. Patet igitur ꝙ intellectus in his principium est ⁊ finis: principiũ quãtum ad vl'es regulas moꝝ: finis autez quãtum ad acceptionem singulariuz. Ex his enim que cõmunia sunt demõstrationes sũt operabilium: ⁊ sunt de his que sunt singulariũ: ꝓpter qđ diligenter opz attendere enuntiationib⁹ ⁊ opinionib⁹ quascunqz regulariter enuntiauerunt ⁊ opinati sunt experti ⁊ seniores ⁊ prudentes: q̃uis demõstrabilia ⁊ nõ probata nobis proponant. Non enim talib⁹ minus attẽdendum est q̃ demõstratis: ꝓpterea qꝛ tales melius vident principia operabiliuz ꝓpter hoc quia visuz habent singularem ⁊ intellectualez ex multa experientia. Quid quidez igitur sit prudentia ⁊ sapientia ⁊ circa que vtraqz est virtus existens circa subiecta: ⁊ q̃m alterius anime particule virtus vtraqz est istarũ: ita ꝙ vna vnius ⁊ altera alterius: quãtum ad presentem intentionem sufficiẽter a nobis determinatum est.

¶ Tractatus 4⁹. De dubitationibus que oriuntur ex his que determinata sunt.

¶ Capl'm p^m. An vtiles sint virtutes intellectuales.

SEcūdū vnāquāqꝫ aūt dictaꝝ vrbanitatū amicitia fieri vi ſm tātū ſm quātū eſt ibi iuſtū diſtributiuū ſm mediū geometricū acceptū. Regi quidē eni vt rex eſt iuſtū ꝛ amicū ↄgruit: in ſupabūdātia beneficij eſſe. Fluere enim beneficijs ↄgruum eſt regi. Rex eni benefacit ſubditis ꝛ nō bñficiat ab eis. Rex eni inquātū rex ꝛ bonus eſt ꝛ bonitatis regalis pfectaꝫ hꝫ virtutem: ꝛ ideo curā hꝫ vt bene operent̄: quemadmodum paſtor ouium qui diligenter pcurat omne qꝺ ouibus eſt bonū ſm paſtam vt pfectū cuſtodiam ꝛ repulſam ↄtrioꝝ: vn̄ Homerus Agamēnonē magne grecie regē (que nūc pars Italie vocat̄) paſtorē ꝓpꝓhetaꝝ dixit eſſe. Talis aūt cura ꝛ amicitia eſt iconomicis etiā que paterna vocat̄: q̄uis differat magnitudine beneficioꝝ amicitia paterna ꝛ amicitia regalis. Sicut eniꝫ ſepus duplices ſunt, ſeparati. ſ. ꝛ ↄiūcti. Separati ſicut in gallo ꝛ gallina. Cōiuncti ſicut in ouo: ita eſt in oībus mēbris aialium: ꝛ in oībus ſeminibus plantaruꝫ. In oībus eni cā ſubalr̄ efficiens ↄiūcta eſt effectui ꝛ ſemp efficit: qꝛ aliter nō eſſet veꝝ qꝺ cā imediata ꝛ per ſe deſtructa deſtrueret̄ effectus: ꝛ poſita poneret̄ effectus. Et ſic periret demōſtratio ꝛ totū qꝺ in phīa eſt determinatuꝫ: ꝛ ꝓpter qꝺ pater in nato ſemp eſt: ſemp faciēs ꝛ formās eſſe nutritionē ꝛ totius vite regnū ſiue mortuo pr̄e ſeparato: ſiue nō. Illis aūt beneficijs nihil ſimile eſt. Cauſa eni eſſēdi ꝛ nutrimēti ꝛ diſcipline ſunt patres: ꝛ in hoc exiſtimant̄ maxime beneficiaj eſſe. Hec aūt ꝛ ꝓgenitoribus eſſe attribuunt̄ ſm totū auitaruꝫ ordinē. Ex quo enim pater a bonis ſe hꝫ in filio: inter filium ꝛ patrē gradus nō eſt. Et ex quo pr̄i nō eſt gradus: ſequit̄ qꝺ inter filiū ꝛ auum gradus nō eſt. Et eadē rōne inter nepotez ꝛ proauum: ꝛ abauum ꝛ ſubauum: ꝛ vt vl̄r dicat̄ ſm totū auitaꝝ ordinē. Scōm nām igit̄ paternū bonuꝫ ꝑncipatiuū eſt filioꝝ. Et ꝓgenitores vniuerſalr̄ ſm nām ꝑncipatiui nepotuꝫ. Et ſilr̄ ſm ſilitudinē huius nāe rex ꝑncipatiuus eſt ſubditoꝝ. Sicut eni iam diximus antecadē virtus que formatiua eſt ꝛ pfectiua nati ad pfectuꝫ regimē efficit̄ iam pfecti. ꝛ ſic conſtitutio regis ꝛ regni a nature cauſat̄ ordine ꝛ ibi ↄfigurat̄. Amicitia g̃ paterna i ſupexceſſu ſe hꝫ ad amicitiā regalē: ꝓpter qꝺ plus regibus parentes a filijs honorant̄. Non eni in eodem amicitia paterna eſt. Pater eni filio tribuit curaꝫ: filius autē patri honorem. Sed in hoc amicitia eſt qꝺ vterqꝫ vult alteri bonū: qꝺ ſibi ↄgruit ſꝫ dignitatē. Proprius. n. amicitie actus eſt velle bonū amico. Similr̄ aūt iuſtuꝫ in his nō eſt idē. Nō eni idē eſt debitū qꝺ pr̄ diſtribuit filio ꝛ filius pr̄i: ſꝫ vterqꝫ reddit alteri qꝺ cōpetit ſꝫ dignitatē ſic ꝛ amicitia. Silr̄ āt ē de amicitia viri ad vxorē: h̄ eni eſt figura ei9 q̄ eſt in ariſtocracia. In hac eni ſꝫ dignitatē vterqꝫ vult bonū alteri. Plus g̃ vult bōi meliori. Uult eni vnicuiqꝫ ↄgruens ſibi bonū: eodē eni mō ſe hꝫ i diſtributiōe iuſti. Digniori. n. plus reddēdū ē: qꝛ alr̄ ꝓportio geometrica nō ſaluaret̄. Amicitie āt g̃ qdē fratrū ethayrike aſſilat̄ amicitie. Ethayricos āt dicim9 coetaneos, collegas, cōperegrinos, cōphiloſophantes: q inquātū huiꝰ ſūt, nihil hñt diuiſuꝫ ſicut nec fr̄es. Un̄ talr̄ coetanei ꝛ ↄſocij eq̄lē hñt dignitatē ſic fr̄es inquātū fratres ſūt. Tales igit̄ q̄les ſūt fr̄es, ſūt q vni9 diſcipline ſūt: ꝛ q ſūt vniuſcuiuſqꝫ moris: inquātū tales eni oīa ad vnū morē referūt: ꝛ nihil hñt diuiſuꝫ vt in mltū. g̃ huic amicitie aſſilat̄ amicitia q̄ eſt ſm tymocratiaꝫ. Tymocrati eni ciues eq̄lis dignitatis: volunt eni in pari ꝑncipari: ꝛ eq̄li dignitati in officijs reipublice necīa subminiſtrantibus: ꝛ ſm modum talis iuſti ſibiuniucē bona volūt: ſic igitur iuſtum ſic ꝛ amicitia eſt inter eos.

Ethayrikos

¶ Caplm 5m. Utruꝫ eq̄lis amicitia ſit in tranſgreſſionibus vrbanitatum.

IN traſgreſſionibus aūt barūꝫ vrbanitatū eſt paꝝ ꝛ paruū amicitie. In peſſima aūt nihil eſt iuſti ꝛ nec ē amicitie. Peſſima āt eſt q̄ maxime peſſimat ſubiectos: ꝛ h̄ eſt tyrānnis. In tyrānide nihil vel paꝝ amicitie eſt. In qb9 eni nihil ē cōe in quo plium ſit cōicatio ſic intēperati ꝛ in tēperato: ſiue tyrāniçātis tyranniçantio. In his neqꝫ amicitia neqꝫ iuſtū eē pōt. Tā iuſtitia eni q̄ꝫ amicitia circa cōe bonū ſūt: in quo pl̄es cōicāt ſm ꝓpriam vniuſcuiuſqꝫ dignitatē. Sꝫ tyrānus vtit̄ ſubītis ad vſuꝫ ꝓpriū nō cōeꝫ: ſicut artifex mechanicus vtit̄ organo inſtrumētali vt architectus ſecuri: ꝛ faber malleo: quorū vterqꝫ vſuꝫ iſtrī refert ad ꝓpriā vtilitatē ꝛ volūtateꝫ: ꝛ nihil boni tribuit: vel vult iſtro: ſꝫ totū ſibi ipſi. Silr̄ āt ꝛ aīa ſe hꝫ ad corp9 ꝛ organa corpis. Oībus eni illis vtit̄ ad ꝓpriā volūtatē: hoc āt mō dn̄s ſe hꝫ ad ſerui. Tria. n. h̄ iuuant̄ ab his trib9 qb9 vtunt̄: ſꝫ totū referūt ad ſuiipſoꝝ volūtatē. Amicitia āt nō ē ad inaiata. Nullus. n. vult bonū in aiatis: ſic i pr̄o hui9 libri dcm̄ ē. Silr̄ neqꝫ iuſtū diſtributiuū ē ad inaiata. Sꝫ neqꝫ ad aiata: cōicare eni in bono cōi nō pñt ad equū vl̄ bouē. Nec iuſtitia eſt ſilr̄ neqꝫ ad ſeruuꝫ ſm qꝺ ſuus eſt. Nihil āt cōe bonoꝝ ē in q̄ ſꝫ diſtributionē cōicāt vtētes ꝛ qbus vtunt̄. Seruus eni ſe hꝫ ad dn̄ꝫ ſic aiatū organū iſtr̄ale quo ad ꝓpriū vtit̄, viuū ꝛ diſcretū. Organū āt ſe hꝫ ad artificē mecha. ſic aiatus ſuus q̄ ad diſcretā ꝛ nō cōem artifex vtit̄ necītatē. Scōm id igit̄ qꝺ ſuus eſt nulla ē dn̄i amicitia ad ipꝫ: ſic nec iuſtū. Sꝫ ſꝫ qꝺ hō pōt hic aliqd amicitie ꝛ qddā iuſti. Ur̄ eni qddā eſſe iuſtū oī hoi ad oēm hoieꝫ q pōt cōicare lege ꝛ cōpōne ſiue ↄuētione ↄtratuꝫ humanoꝝ. Inquātū āt iuſtū ē iter eos: ſic ꝛ amicitia pt eē ſm qꝺ hō ē. In tyrānidib9 aūt q̄ nō vtunt̄ hoibus vt hoies ſunt: valde puū eſt aliqd amicitie ꝛ aliquid iuſti. Nō. n. in plus q̄ꝫ inquātū parcūt aliqb9 vt hoibus: qꝺ āt in democratijs amicitie ꝛ iuſti in pl̄imuꝫ ē. Plebe9 eni ꝑncipatus mlta hꝫ cōia: eo qꝺ talis ꝑncipatus iter eq̄les eſt. Ois igit̄ amicitia in cōicatiōe eſt: queādmodū dcm̄ ē. ¶ Qꝺ āt diximus qꝺ in democratijs, amicitia ē in plurimis: eo qꝺ vrbanitas eq̄liū ē. Eq̄liū āt mlta cōicatio ē adiuicē: quidā ſine cā caluniant̄. Dicūt eniꝫ tyrānidem corruptionē eē vni9: democratiā aūt pl̄iuꝫ. Pluriū aūt corruptionē peiorem eſſe q̄ꝫ vnius: ꝛ ſic minus amicitie videt̄ eē in democratia q̄ꝫ in tyrānide. Addūt etiā qꝺ in aīi hitis peſſima dī eē democratia. ¶ Sꝫ ad h̄ dōm qꝺ democratia minimū nocumēti ē. Q̄uis. n. pl̄uꝫ ꝛ eq̄liū ē, nō tn̄ ↄueniūt ad nocēdū. Tyrān9 āt lꝫ vn9 ſit tn̄ refert̄ ad mltos: ꝛ ſic ↄcordiā hꝫ ad nocēdū ꝛ peſſimādū: ſine ↄtradictiōis ipedimēto, ꝛ mltis nocet: eo qꝺ ad oēs refert̄. Democratia ad q̄ſdā tn̄: ad eos. ſ. q ad officiū democratice ptātis ſūt ordinati. Qn̄ xo democratia dī peſſima: nō iō dī peſſima qꝺ mltū peſſimet: ſꝫ dī reſpectiue peſſima: qꝛ. ſ. nō ē vrbanitas niſi ſꝫ qd, qꝺ corrūpit tymocratia. Tymocratia eni vī ꝑncipatus in ꝑcio eſſe: nec diuini hōi ꝛc̄. Tymocratia min9 bōa ſit iter vrbanitateꝫ: ꝛ democratia corruptio ſit eius. Inter oīa minorē ſilitudinē hꝫ cū bono democratia: ꝛ h̄ mō dī peſſima eē. Tyrānus eni imitat̄ regnū olygarcia ariſtocratiā. Democratia āt minimum qd qꝺ tymocratia mutetur: longiſſime ergo diſtat ab vrbanitatis bono.

A

Amicitia non eſt ad inaiata.

Ad ſeruū nō eſt amicitia.

Obiectio

Reſponſio

¶ Caplm 6m. De amicitia cognata ꝛ ethairica separant a politica: ꝛ ideo alia accidentia hꝫ ab ipsa.

A

Amicitiã autẽ cognataꝫ ꝛ ethairicam separabit ꝛ diuidet aliquis subtiliter: inspiciens a polyticis amicitijs. Cõmis eni ea amicitia que ptribuliũ est: ꝛ ea que est pnauigantiũ: vel pnauigantiũ: ꝛ alie qcũqꝫ tales sũt assimilent cõmunicatiuis amicitijs: ſm medietatẽ geometricã vel arithmeticã: ꝛ sic polytice eẽ videant: eo qꝫ tales videnẽ esse ſm quãdã pfessionem que fit inter amicos. Cõfessionẽ aũt vocamus qꝫ pacti quãdã hꝫ virtutẽ: ppter qꝺ polyticus iudicat de eis: tñ spãle quidã hñt qꝺ hñt super polyticã rõneꝫ: cuius qdã pueniunt istis amicitijs qꝫ polytice nõ puenit. Et in has etiã ordinat amicitia cõperegrinãtiũ: cui rõne cõperegrinatiõis aliqd puenit qꝺ nõ puenit polytice. Talis ãt cognata amicitia: ꝛ ethairica quãtũ ad ea q̃ sibi ppria sunt: a nobis hic determinãda est maxime ppter parentelã ꝛ mrĩmonialẽ amicitias. Dicimus igit qꝫ cognata amicitia multifaria est. Est eni parentũ ad natos: ꝛ fratrũ adinuicẽ ꝛ nepotũ: ꝛ sic deinceps alioꝝ: inter quos similis cognatio eẽ vĩ: ꝛ silẽ amicitie vinculũ. Sꝫ tñ sicut pater totius cognationis pñm est: ita oĩs talis amicitia dependet a paterna. Parẽtes eniꝫ qdẽ filios diligũt vt sui ipsoꝝ aliquid existẽtes. Filij aũt nõ h̄ modo diligunt parentes: sꝫ diligunt parẽtes ꝛ seipsos vt aliquid vnum existẽtes qꝺ ab illis est: ꝛ ab ipsis vnũ est. Semẽ eniꝫ patris in virtute cordis cuius virtus vl'is est virtute: totũ est qꝫ pater est. Propter qꝫ Plato dixit. Semẽ pr̃is esse puũ al' ꝛ paruũ hoĩem. Arist. aũt qꝛ potestate ꝛ non actu est: dixit aliquid patris esse: ꝛ nõ patrẽ vel hoĩeꝫ. Qm̃ tñ potestate totũ est qꝺ filius est: ꝛ idẽ est id qꝺ est in potestate: ꝛ id qꝺ est in actu q̃uis esse nõ sit idẽ: ꝛ ppter h̄ etiaꝫ filius dĩ esse aliquid pr̃is. Quia aũt idẽ semen nõ est potestate pr̃ sed filius: ppter hoc filius nõ põt diligere patrem vt aliquid sui existẽtẽ: sed diligit euꝫ vt aliquid existentẽ ab illo. Totũ eni qꝺ est filius a patre est, non tñ effectiue: sꝫ ſm totũ pstitutũ ex forma ꝛ mã. H̄ eni totũ patris est: ppter qꝺ sequit patrẽ plus diligere filiuꝫ q̃ ecõuerso: qꝛ pr̃ sui aliquid hꝫ in filio: filius aũt in patre vĩ. Hoc ãt ꝛ alia rõne pbat. Parẽtes eni magꝭ ꝛ meliꝰ sciunt natos qui sunt ex ipsis q̃ geniti sciant qꝫ sunt ex parẽtibus. Hoc aũt dicũt qdã qꝫ ex h̄ ptingit qꝫ non pprie filij sunt nisi ex legali pcreati matrimonio. In tali eni nã: nec vxor fraudat virum: nec vir vxorem: statim sciunt parẽtes natos esse filios. s. ppter qꝺ lege sancitũ est: qꝫ pater est quẽ nuptie demõstrant. econtra aũt filij nõ statim sciunt qꝫ nati sunt taliũ parentũ: quinimo ex fide dicentiũ h̄ credũt: ꝛ sic nõ habent equalẽ sentẽtiaꝫ qꝫ sint parẽtes eoꝝ: qualẽ hñt parentes qꝫ isti sint nati eoꝝ: ppter qꝺ sequit qꝫ fortior est dilectio parẽtũ in filios q̃ eoꝝ. Et q̃uis h̄ moral'r dici possit: tñ h̄ ẽ alia subtilitas. Pr̃ eni id qꝺ suũ est: ꝛ in sui aliquid est p rationẽ gñõnis accrescit semp esse suũ vsqꝫ ad vltimã pfectionẽ. Cõformat eni idẽ qꝺ patris est nõ tñ guttaꝫ semine in matrice: vt de potẽtia hoĩem faciat actu hoĩem: sꝫ postea oĩa format d̃ puero faciẽs viꝝ pfectũ. Propter qꝺ duas rõnes distinguit Arist. s. de potẽtia hoĩe in hoĩeꝫ: ꝛ de puero in viꝝ. Et h̄ pater scit qꝫ tãta hõa ministrat per rõnem actiue gñõnis. Nihil aũt talium potest scire natus p rõnem passiue gñõnis reꝰ patris: ꝛ ideo in tãto bono redamare nõ põt. Sꝫ h̄ qꝺ põt repẽdit reuerentiã. s. Adhuc aũt magis approximat pater filio q̃ filius patri. Genito eni magis approximat id qꝺ est a quo genituꝫ est: h̄ est pater q̃ factũ siue genitum approximet generãti siue faciẽti. Qꝺ eni ex aliquo ẽ, ppinquũ qdeꝫ est ei a quo est. Sicut dens mãdibule: vel capillus capiti: vel aliqꝺ qꝺcũqꝫ ppinquũ ẽ ei qꝺ hꝫ ipsum: ita qꝫ in ipso format ꝛ nascit ex ipso. Plus tñ approximat generãs genito q̃ genitũ gñanti. Generãs enim approximat aliqd sui hñs in genito. Generãti aũt qꝺ dĩ esse id a quo genitũ est: genitũ p aliqd sui nihil approximat: ꝛ si approximare dĩ p hoc. s. qꝫ ab ipso est: tñ multo minꝰ approximat. Sicut ꝛ mãdibula plus approximat dẽti q̃ dens mãdibule: ꝛ caput plus approximat capillo q̃ capillus capiti. In his eni pueniẽs exẽpluꝫ ẽ: qꝛ vtrũqꝫ distinguit ab eo a quo est cum trãsformet in ipso: ꝛ sit ab ipso. Dens aũt de humido nutrimẽtali formatur in mãdibula: ꝛ iõ recrescit aliq̃tiẽs ꝛ crescit ptinuo rediuiuit. Mandibula aũt de humido radicali format a formatiua: ꝛ ideo nõ recrescit amputata. Simil'r capillus de fumo nutrimenti crescit in capite ꝛ de capite. Et silr natus nõ nisi in parẽte ꝛ de parẽte: ꝛ iõ extrema sunt cõuenientia: ex quo sequit parentẽ ppinquiorẽ esse nato q̃ natũ parẽti. Et iteꝝ patrem ppinquiorẽ esse q̃ matreꝫ: sicut formans ppinquius ẽ formato q̃ formabile: hoc etiã multitudine tẽporis accipit. Parentes eni pfestim natos diligũt: affectus eni in eos trãsponit cũ nã. Nati aũt nõ statim diligũt parentes: sed pcedẽte tpe cuꝫ intellm siue sensuꝫ accipiũt boni parẽtalis.

¶ Ex his aũt vlterius manifestum est ppter quaꝫ causam matres magis amãt natos q̃ patres. Diutius eni clausos retinẽt ꝛ multũ ministrãt sanguis in formatiõe: ꝛ iã formatis ꝛ natis lactis ministrãt alimẽta. Pater aũt pfestim semen dat formationis: ꝛ vlterius ad esse nõ ministrat. Feruẽtius g̃ diligit mr̃: pr̃ ãt pstãtius. Cõstat eni in vno qꝺ pr̃is ẽ. In multis aũt fluit qꝺ mr̃is est: vterqꝫ g̃ magis diligit ꝛ pater ꝛ mr̃. Parẽtes eniꝫ filios diligũt vt seipsos. Filij eniꝫ qui ex ipsis nati sunt velut alteri ipsi. Alteri aũt dico ppter separari. Sic eni nõ separarent, procul dubio nõ essent alteri: sꝫ ipsi parẽtes. Filij aũt diligũt parẽtes vt ab illis nati vt diximus. Hec igit ẽ parẽtalis amicitia: h̄ amicitia in p̊ gradu est amicitia fratrũ adinuicẽ. Inter filiũ eni ꝛ patrẽ nõ est gradus: sicut inter patreꝫ ꝛ se alteꝝ gradus nullus est. Fratres igit diligũt se adinuicẽ: sicut hi quoꝝ nasci ꝛ gñari ex eisdẽ ẽ. Idẽptitas eniꝫ fratrũ ad illa parentalia ex qbus sunt, facit fr̃es vnuꝫ ꝛ idẽ esse adinuicẽ. Que eni vni ꝛ eidẽ sunt eadẽ quodãmodo: hec etiã adinuicẽ sunt eadẽ p aliquẽ moduꝫ. Qꝺ pbat p puerbiũ. Dĩ eni qꝫ fratres sunt vnus ꝛ idẽ sanguis: ꝛ vna ꝛ eadẽ radix: ꝛ alia talia multa dicunt. Sanguis eni ꝛ radix vnum ꝛ idem aliqual'r sunt ꝛ indiuisis. Q̃uis eni numero non idẽ sint: forma tñ ꝛ sub̃a originis idẽ sunt: ꝛ in quãtũ nõ idẽ sunt gradus est inter eos. In quãtũ vno solo remouent a radice. s. qꝫ neuter fratrum in altero aliqd sui hꝫ: sꝫ in vtroqꝫ vnus sanguis est parentalis fratrum amicitia: postea multum confortat ꝛ magnũ aliqd pfert ei ad vinculuꝫ amicitie qꝫ cõnutriti sunt: ꝛ qꝫ in cõi ſm vnã sunt etatẽ. Nõ quidẽ etatẽ tpis: sꝫ sicut dicimus vnã etatẽ que eodẽ indiget pedagogo. Junior eni ꝛ senior fratruꝫ q̃diu filiusfamilias ẽ quantũ ad hoc vnius etatis est. Diligit eniꝫ coetaneus coetaneũ p h̄ qꝫ coetaneus ẽ: ꝛ ethayrus ethayꝝ diligit: eo qꝫ vnius moris sint. Et ppter qꝺ fraterna amicitia assimilat ethairike. Unius enim moris sunt: qui vnius pedagogi instituunt disciplina. ꝛ vnius etatis: qꝛ nullus ppe sufficit regimini. Nepotes autem ꝛ reliqui deinceps cognati pnepotũ ꝛ abnepotũ ꝛ subnepotũ approximant adinuicẽ: ex his que sunt parentũ ꝛ fratrũ: roẽs isti piungunt ꝛ cõicant in hoc qꝫ ab eisdẽ sunt ſm radicẽ. Fiunt

tamẽ

Marginal notes:

Confessio qd dicatur.

Diuisio amicitie cognate.

Pr plus diligit filiũ q̃ cõuersum.

B

Amicitie cognate rõ est p approximatiõem.

Cur plus mr diligit natos.

C

tñ gdã coꝝ ꝓximiores. Alij aũt magis alieni ꝛ lõginquiores in h ꝙ ꝓpe est vel lõge qui pꝛedux vel stipes dr̃ esse parentele. Pluribus enim gradibus distantes alieni magis sunt: paucioribus aũt distãtes magis ꝓpinqui. Quot aũt gradus sint vinculum cõsanguinitatis dissoluentes: lege determinãdũ est. Et tñ simile sumitur ad ea que fiunt in hoie vno: in quinto dissoluitur. Quia semen ex quo fit generatio q̃tuor digestionibus mẽbris corporis determinatur.

De q̃tuor digestionibus.

Cõsanguinitas aũt sicut corpus hois est, in qua stipes siue pꝛedux est sicut cor. Ceteri aũt sicut membra cetera a corde. Primũ aũt qd̃ oritur a corde ſm peripatheticoꝝ sniam vena est. Scd̃m aũt vene diuisio ad determinatã partẽ. Tertiũ vero determinatio vene ad mẽbrum quod accipit nutrimẽti beneficiũ. Prima ergo digestio vt dicit Arist. sub medio thalamo cordis ẽ: ꝛ ex h accipit nutrimentum, formã, ꝛ motũ, qui ꝓprius motus nutrimenti est h quo tendit ad corpus qd̃ nutriatur: ꝛ ad membrum sicut ad ꝓpositũ suum locũ: sicut ferrum mouetur ad magnetẽ. In vena vero determinatur hec forma ꝛ dirigitur ad tendendũ siue vel deorsũ vel in dextrũ vel in sinistrum vel ante vel retro: ſm tres diametros ad angulum rectũ quo nutrimentũ mouetur ꝛ in toto corpe. In subdiuisione aũt vene motũ accipit ad vsum suum, quicũq3 est ille: in quo. s. mẽbrũ est in quo nutriri dz. A mẽbro autẽ accipit ad mẽbrũ qd̃ nutriatur ꝛ non ad aliud assimilationẽ: ꝛ si dirigatur vlterius extra corporis silitudinem dirigeretur. Et q2 parẽtela est sicut corpus in qua stipes cor est: alij aũt sicut mẽbra: ꝓpter hoc lator legis dixit. Q2 in quatuor gradibus attenditur ꝯsanguinitas ꝛ in q̃nto dissoluitur. Q2 aũt qdã dicũt vnã esse digestionẽ in stõcho ꝛ vnã in epate, nõ ad hanc sniam pertinet determinare.

Capl'm 7m. Qualis sit amicitia parentalis.

Amicitia aũt filioꝝ ad parentes fere talis est vt amicitia hominũ ad deos. Bonũ enim diuinũ est vt creans ꝛ formans humana. Est ergo sicut ad superexcellens ꝛ nõ sicut ad equale. Parentes eni maxime benefecerunt ꝛ in maximis. Sũt eni parentes essendi ꝛ nõ nutriendi tñ cã natis: ꝛ ad virtutẽ ꝛ curam sunt cã eius ꝙ est filios disciplinatos fieri: quibus bonis nihil equale põt repẽdi a filijs: hec eni amicitia cõmitãria h3 ꝛ delectabile ꝛ vtile magis q̃3 amicitia alienoꝝ. Uita eni cõmunis ꝛ ex nã ꝛ ex nutritione magis est consanguineoꝝ q̃3 alienoꝝ. Adhuc aũt oia que sunt in ethayrika amicitia, sunt ꝛ in fraterna: sed non cõuertitur. Sed tñ in tali amicitia parentali magis est vinculũ amicitie inter eos qui epyeykes sunt: ꝛ inter eos qui totalr̃ similes sunt. Tales eni quanto ꝓximiores sunt etiã ex natiuitate magis diligunt adinuicẽ inquãtũ vnius moris sunt. Sile vinculum nature vinculũ hñt similitudinis moꝝ qui ex eisdẽ parentibus sunt. Similr̃ inquãtũ cõnutriti ꝛ ꝯtradiscreti sunt ad vnã similitudinẽ. Adhuc aũt firmissima ꝓbatio amicitie ꝛ plurima est ea que est ſm tẽpus. s. ꝙ in oi tpe amicus ꝓbatus inuẽtus est: h aũt maxime ꝯuenit fraterne amicitie: ꝛ talia amicabilia siue amicitiã facientia ſ3 analogiã sũt in reliquis gradibus cognatoꝝ.

Capl'm 8m. De amicitia viri ꝛ vxoris.

A

Uiro aũt ꝛ vxori amicitia videtur ſm naturã existere: non ſm ꝙ nã di ex qua pullulat pullans: sed ſm naturã qua homo coniugale aial est magis q̃3 polyticũ. Solus eni homo in actibus ꝛ operationibus sibi nõ sufficit: ꝛ ꝓpter hoc dicit Auic. ꝙ vita hois solitarij peior est q̃3 esse põt ꝓpter sue teneritudinẽ cõplonis ꝛ multiplicem indigentiam: ꝓpter quã opz ipsũ tendere

Auicẽna

ad domus ꝯstitutionem. Domus aũt ꝯstitutio nõ fit nisi ꝓpter ꝯiugium. In ꝑfecta enim ꝯstitutione domus silitudo regni ẽ: ꝛ Aristocratie ꝛ tymocratie. Et tymocratia ꝓpter aristocratiã est. Aristocratia aũt ꝓpter regnũ. In domo igitur solus homo esse nõ põt: sed prima inclinatione nãe ad ordinẽ domus est ꝙ cõiugale aial sit hõ. Et q2 ciuitas ꝯstituitur ex domo ꝛ deriuatur ex illa: sequitur ꝙ hõ magis ꝯiugale aial sit q̃3 polyticũ. Quãto prior ẽ domus ciuitate ꝛ magis necessaria: ꝛ q̃to filioꝝ ꝓcreatio cõius accidit animalibus q̃3 esse iconomicũ vel polyticũ. Oia eni aialia ꝓcreationẽ filioꝝ intẽdunt. Non oia aũt polytica sunt. Alijs igitur aialibus ab homine q̃dam cõiunctio ꝯiugalis intãtũ cõis est inquãtũ ꝓcreationẽ filioꝝ intendunt: ꝛ idcirco nõ ꝯiungunt nisi tpe ꝓcreationis filioꝝ. Hoies aũt non solũ ꝓcreationis filioꝝ cã cohabitant: s3 etiã grã eoꝝ que necessaria sunt in totã vitam: ꝛ iõ semꝑ cohabitant ꝛ indiuiduã vitã ꝯiugalr̃ viuẽtes sortiunt: ꝛ hãc indiuiduitatẽ lege ꝛ cõsensu inter seinuicẽ ꝯfirmant. Primo ante ꝯiugiũ diuisa sunt opera: ꝛ altera viri ꝛ vxoris adinuicẽ ea non referũt. Domo aũt diuisis opibus sibi nõ sufficit: sed ponẽtes ꝓpria ad cõe, ad vnã ꝛ eandẽ indiuiduitatẽ vite referentes, oia statim sibi inuicem sufficere incipiunt. Supplet eni defectus qui est in altero ex vtriusq3 relatis ad idẽ. Propter h in hac amicitia videtur ꝛ vtile ꝛ delectabile esse. Delectabile qdẽ inquãtũ nãle. Utile aũt inquãtũ ex vtrisq3 supplet defectus alterius. Erit aũt etiã hec amicitia ꝓpter virtutẽ si ambo ꝯiuges epyeykees sint: tunc enim virtus est ꝛ gaudebunt adinuicem tali virtute. Coniunctio aũt que est ꝑ modum vinculi in hac amicitia vt fortior ꝛ firmior sit filij esse videntur: ex quibus domus ꝯstituitur. Propter qd̃ steriles ꝯiuges citius ꝛ facilius dissoluunt q̃3 nõ steriles: ꝛ lege romana ferũt ab antiquo sancitum ꝙ ex sola sterilitatis causa in altero ꝯiugũ ꝯiugiũ soluitur. Sic Marcia a Catone soluta esse dr̃ ꝓpter sterilitatẽ. Ambobus eni ꝯiugibus cõe bonũ ꝓles filioꝝ est. Q2 aũt cõe vtrisq3 est ꝯtinet ꝯiugiũ ꝛ firmat: vinculum autem equalr̃ nectit. Utrum aũt vnã esse opz vnius ſm ꝯiugale vinculũ, vel plures vnius, vel etiã vnũ ꝯiungi pluribus, ad ciuilẽ ꝑtinet determinare. Dicit enim Plato ꝙ vnus multas iplet: ſm qd̃ vnum sigillum in multis sigillat. Propter qd̃ videtur ꝙ cum semen gñationis impediendũ non sit: vnius viri multe debeant esse vxores. Una eni3 plures ĩpregnationes simul nõ accipit nisi valde difficulter ꝛ in paucis aialibus. s. in muliere ꝛ equa ꝛ lepore: ꝛ in his videtur ꝙ plures possint ꝯiungi vni ꝛ eidem ꝓpter qd̃ videmus multas gallinas sequi gallũ vnũ. Similr̃ aũt dr̃ ꝙ ceruę se hñt ad ceruũ, ꝛ eque ad equũ, ꝛ vacce ad taurum. In oibus enim his multe femine sequuntur vnũ masculum. Cõtra aũt in canibus ꝛ lupis etiã est ꝛ vulpibus ꝛ quibusdam alijs. In his enim multi masculi sequuntur feminã vnã. In quibusdã aũt vnus vnam: ꝛ ecõuerso vna vnũ sequitur: sicut in turturibus ꝛ colũbis ꝛ multis alijs aialibus. Si igitur oia ista in aialibus inueniuntur: videtur ꝙ nihil qd̃ nãle sit determinate s3 oia cõia: dicitur eni ius nãle esse qd̃ nã oia aialia docuit. Oia aũt h docet ſm aliã diuersitatẽ. Ad hec aũt ꝛ sil'ia dici põt ꝙ in veritate quãtũ ad potẽtiã generandi vnus multas implere valet, s3 nõ plurimas. Si. n. plurimas iplere debeat nõ ad ꝑfectã maturitatẽ stabit semen in corpe: ꝛ sic inutile efficitur ad gñationẽ. Scd̃m aũt ꝙ nã aial domesticũ est: vir vna vnius est ſm naturam. Nõ enim facit ad vnitatem domus hr̃e plures: s3 potius ad diuisionẽ. Indiuiduitas eni vite simplr̃ ad plures eẽ nõ põt: qd̃ eni vni indiuiduũ est: alij indiuiduũ esse non põt. Qd̃ ꝛ Theophrastus dicit. Plures facere ad domus

Cohabitatio-nis hoiũ rõ.

Dubitatio

Plato

Responsio

Theophrastus

Quare multorum coitus in eadem impedit fetum.

diuisionē:eo φ plures adinuicē nō hñt relationē ſʒ vna/
queqʒ ſm ſua ꝗte ꝑncipari ꝛ dñari:vnaʒ aūt hic plures
in hoībus innālē eſt.Exiccat̃ eni ex pluribꝰ matrix vniꝰ
ꝛ exiccata ſubtilis efficit̃.Similr aūt ex nimio vſu vene
reoꝝ lubricat̃ ꝛ nō retinet ſemen iniectuʒ.Silr aūt ꝛ nā
matricis ē ſicut ꝛ ſtomachi diuerſa reiicere ꝛ vniformia
retinere.Diuerſus ḡ vſus cū vna venereoꝝ ꝯceptuʒ vel
bonitatē ꝯceptus ipedire videt̃.Plures aūt eſſe pluriuʒ
nō pōt eſſe ſm legē matrimonij.Si eniʒ dʒ reddere vni
ſimul cū h̃ nō pōt reddere alij:nec iuſtū qđ hʒ ad vnā ꝛ
vna ad vnū nō pōt ſimul diuerſoꝝ.Nō eni lege ordina/
tū eſt nec ordinabile φ vagat̃ ſm incertuʒ debitum.Cū
igit̃ matrimoniū ſm φ homo ꝯiugale aīal eſt lege deter
minet̃ nāli ꝛ iuſto nāli:videt̃ φ ſm virtutē matrimonij
vna debeat eſſe vnius:ꝛ h̃ quidē veriſſimū eſt.Et ſi ali/
qñ vnus plures habuit:ſʒ diſpēſationē fuit legiſlatoris
ꝑꝑ paucitatē populationis regnoꝝ ꝛ ciuitatū.¶Qualr
aūt cōuiuendū viro ſit ad vxorē:ꝛ vlr qualr cōuiuendū
ſit amico ad amicum querere:nihil aliud ꝗrere eſt vt vr̃
ꝙʒ querere qualr iuſtū ſit viuere viro ad vxorē:vel ami/
co ad amicū.Diximus eni in ꝑhicis φ nō eſt idē iuſtum
quo amicus cōicat ad amicū:ꝛ quo cōicat ad extraneuʒ.
Inter iuſta iuſtiſſimuʒ eſt amico benefacere:hoc ad ex/
traneū nō ita ſe hʒ.Silr aūt nō eſt idē iuſtum quo etay/
rus cōicat etayro:ꝛ quo cōdiſcipulus cōicat cōdiſcipulo:
ꝛ quo cōicat extraneo:ꝛ ſic eſt in oībus alijs.Iuſtū āt eſt
ſuꝑ qđ fundat̃ amicitia talr cōicantiū:q2 cū debito trāſ/
ponit̃ affectus:ſimilr aūt in diſtātibus ꝑſonis ſm excel/
lentiā nō idē qđ miniſtrat̃ ab amāte:ꝛ qđ rependit̃ a re/
damāte:ꝛ h̃ eſt iđ:q2 nō idē decet miniſtrari ꝛ retribue/
re ſm diſtantiā adinuicē ꝑſonaꝝ.In oībus igit̃ amicitia
fundat̃ ſuꝑ iuſtū.Et ſm rōnem debiti tribuēdi vel retri
buendi:ſm quā iuſtū diuerſificat̃:diuerſificat̃ ēt amici/
tia:ꝗre ī his oībꝰ velle bonū variat̃ qđ ꝑpriū ē amicoꝝ.

¶Caplm.9m. In qbus amicitie fiāt actiones determinā/
de per polyticam.

A

TRinis itaqʒ exñtibus amicitijs quēad/
modū in ꝑnꝰ huius libri dcm̃ eſt.
Cū ſm vnāquāqʒ dicat̃ amicitia.Quidā eni
ſm equalitatē amici exñtit:quidam aūt ſm
ſuperexcellentiā:ſicut in 2° tractatu dcm̃ eſt:opʒ
querere ſm quas amicitias opʒ accuſare amicū de h̃ φ
nō equalr miniſtrat vel retribuit.Sicut eni determina/
tū eſt de amicitijs:ita opʒ ꝗrere de ſolonibus amicitiaꝝ.
Sūt eni quidā amici qui ſilr ꝛ equalr:ꝛ in vno ꝛ eodem
miniſtrātes ꝛ tribuentes ſunt amici.Sunt etiā amici in
qbus melior ſm aliquā dignitatez amicus eſt deteriori.
In qbus nō idē nec equalr amanti retribuere opʒ:ſicut
diximus de patre ꝛ filio/ꝛ rege ꝛ ſubiecto:ꝛ h̃ ſm vnam
ſimilitudinē eſt amicitia ꝗ fundat̃ ſuper delectabile:ꝛ in
illa que fundat̃ ſuꝑ vtile.Propter h̃ eni duo ꝛ equantes
ſe in amicitijs amici ſunt:ꝛ differentes amici ſunt etiam
adinuicem propter delectabile ꝛ vtile.Equales autem
equari opʒ ſm equalitatē in amare ꝛ redamare:ꝛ in oī/
bus reliquis que ad equalitatē iter eos referunt̃.In his
aūt qui inequales ſunt ꝛ ſm excellentiā diſtantes:ꝑ idē
opʒ vtriqʒ ſm analogiā ſue dignitatis aſſignari ſicut in
antehabitis dcm̃ eſt.Et ſi h̃ quidē fiāt:amicus ab amico
accuſari nō pōt.Si ỽo nō:accuſat amicus amicū coram
iudice:eo φ oīs amicitia ſuper iuſtū quoddā fundatur.

B

Querele fiūt in amicitijs.

Tales igit̃ accuſationes vel īcrepationes ꝛ maxime fiūt
in amicitia que fūdat̃ ſuꝑ vtile:vel forte ſolū in illa vel
in alijs eſſe nō poſſūt:ꝛ h̃ quidem rōnabilr dr̃.Quia qui
ꝑpter virtutē amici exñtūt ſiue eq̃les ſiue ineq̃les ꝑſone
ſint/promꝑti ſūt ad bene operandū adinuicē:nec opʒ φ
accuſent̃ de h̃ ad quod promptiſſimi ſunt.Uirtutis eniʒ
ꝛ amicitie ꝑpriū eſt ꝓmptiſſimū eſſe ad benefaciēdum
miniſtrādo ꝛ retribuēdo.Eoꝝ aūt qui ſic ꝯcedūt vt hñ
tribuāt ꝛ retribuāt:neqʒ pigri ſunt in actiones:ſʒ potius
cōplexus ꝛ amationes.Amantē eni ꝛ quātū pōt benefa/
cientē nullus accuſando cōtriſtat:ſʒ potius ſi ſit gratus
tribuēti bene operans retribuit.Sit aūt diſtantes ꝑſone
ſint vna qdē ſuperexcellēs:ꝛ altera ſuperexcelſa:tunc quidē
ſuperexcellens ſortiens qđ appetit:ſm geometricā medie/
tatē nō vtiqʒ accuſabit amicū.Uterqʒ eni amicus bonū
qđ ſibi cōpetit appetit:ꝛ ꝑpter h̃ amico ꝯcedēs:ꝛ φ ipſe
ſm dignitatē ſortiat̃:nō aliquo mō accuſandi hʒ rōnez.
Sic igit̃ in ea ꝗ ſuꝑ honeſtū fūdat̃/nullā hʒ accuſationē:
ſimilr in his que ꝑpter delectationē ſiunt amicitijs non
oīno locū hʒ accuſatio.Si.n.gaudet in h̃ qđ eſt cōmora/
ri adinuicē ꝑpter mutuā quā ſibi donāt ꝛ redonāt dele/
ctationē:ridiculus videbit̃ vnus amicoꝝ vt accuſet alte
ruʒ:vt ſic delectantē ſm qđ opʒ.Pōt eni non cōmorari:
eo φ nō obligat̃ ad cōmorandū.In his aūt ꝗ ꝑ nos poſ/
ſumus ridiculū eſt recurrē adinuicē.Sed amicitia ꝗ fun
dat̃ ſuꝑ vtile accuſatiua eſt:ꝛ frequēter vnus amicorum
accuſat alteꝝ ꝛ corā iudice.Qui eni querūt adinuicē vti
ſm vtilitatē ſemꝑ pluri indigent.Indigentia eniʒ cauſa
eſt talis amicitie:ꝛ exiſtimant ſemꝑ minus accipere ab
amico ꝙʒ ꝯueniat eis ſm ſue amicitie ꝯuētionē ꝛ vitupe/
rant amicos de eo.Quātū ipſi digni ſunt plura accipere
φ nō tanta quantis indigent ſortiunt̃ ab amicis:ꝛ quan/
ta meruerūt ſm vtilitatis miniſtrationē.Rebenefacien
tes aūt allegāt φ nō pñt ſufficere ad tāta quātis indigēt
qui vtilr miniſtrauerūt.Sic aūt ſe hʒ in cliētibus ad do/
minos:clientes eni ſemꝑ allegant plura ſe meruiſſe.Dñi
aūt econtra plura merito ſoluiſſe.

¶Caplm 10m.Qualiter ꝛ quibus modum fiant actiones
in hac amicitia.

A

Iuſtum eſt duplex.

VIdetur aūt quēadmodū iuſtū duplex
qđ eſt directiuum diſtributio/
nis vel cōicationis:ita ꝛ hec amicitia duplex
eſſe.Iuſtoꝝ eni taliū vnū qdē eſt nō ſcriptū:
qñ.ſ.circūſcriptio nō fit de pacto qđ eſt iter
talr cōicantes vel ꝯueniētes.Aliqd aūt eſt ſm legis mo/
dū.ſ.qñ pactū fit inter ꝯueniētes ꝛ ꝯſcriptio fit pacti per
chartā ꝗ inſtrʒ a qbuſdā vocat̃ ꝑ manuū publice ꝑſone:
que tabellio eſt vel iudicioꝝ:quo ſcripto vterqʒ artat̃ ꝛ
dirigit̃ ad ſoluēdū.Sic igit̃ duplr eſt vtile quod in tali
ſoluit̃ amicitia.Talis eni ꝯuentio aliqñ moralis eſt ſiue
ꝯſuetudinalis ſola ꝯſuetudine firmata:vt.ſ.vterqʒ alte/
ri ſm ꝯſuetudinē cōicet.Aliqñ aūt legalis eſſe videt̃ qñ
ſ.pacta expreſſe ſiūt:ꝛ h̃ ſcripto ꝯfirmāt̃ ꝛ cōmēdant:ꝛ
h̃ ſcripta ꝑ modū legis vtrūqʒ ligant ad alteꝝ:ꝛ ꝑ modū
ſcriptū vterqʒ cōicet alteri.Accuſationes igit̃ que in ta/
libus ſiunt/tunc maxime ſiunt cum nō cōmutant vel cō/
municant ſm eundē modū aut ꝯſuetudinez:aut qui ſcri/
ptus eſt in inſtrīs:ꝛ tunc amicitie diſſoluunt̃.Legalis āt
duplex eſt:pactū eni eſt ꝑ modū legis obligans:ꝛ h̃ aliqñ
eſt in dictis ſolis.ſ.qñ ꝯuentiones verbis firmant̃:ꝛ hec
talis cōicatio eſt oīno venalis ꝗſi nihil hñs amicitie.Ue
nalē aūt dicimus que ꝗſi de manu in manū:ꝛ h̃ aliqñ in
ſcripto firmat̃:ꝛ in tali nihil fit pro amico vt amicus eſt:
ſed totū eſt ꝑ mutuū ꝑprie vtilitatis.Aliqñ āt liberalior
eſt a quo aliqd fit pro amico vt amicus eſt:ꝛ h̃ eſt qñ ad
minus fit mutuū:tēpus ꝛ terminus ponit̃ ſolonitit:ita tñ
φ expſſa ꝯfeſſio fiat:ꝛ in pactū vel ſcriptū deducat̃ quid
pro quo ſoluēdū ſit.In tali eni cōicatione debitū manife
ſtū eſt ꝛ non ambiguū qd pro quo ſoluendū.De amicitia
aūt tñ eſt ibi φ amicatiuā hʒ dilationē.Qñ enim vnus

Utilitas legalis.

tenet̃

teneť alteri statim soluere/teneť nisi ex amicicia differať vel tẽpus vẽdat vt vsurarii⁹. Propter qđ ꝛ apud quosdã amicoꝝ taliũ quoꝝ amicitia sup vtile fundať nõ obseruanť iusta que dicta sunt: ſ ꝫ existimant sicut ꝛ in rei veritate se hꝫ oportere diligere eos vt amicos qui nõ in pactũ vl' scriptũ deducũt: ſꝫ cõmutãt vl' mutuãt ſꝫ fidẽ/ita s. ꝙ fidei amici simpl'r credant. Talis eniꝫ cõicatio liberalior est alia seruilior: ꝛ talis etiã moralis est: vt. s. ꝯsueta faciat amico retribuẽdo qđ ſm ꝯsuetudinẽ iustũ est. Est ãt nõ in dictis siue pactis siue scriptis: sed potius vt amico donat vel mutuat: vel etiã cuicũqꝫ aliꝗ qui sibi non est manifestus in amicicia: ſꝫ tñ significãt in retribuẽdo conferrre sibi equale vel plus. Nõ eni dat talis liberal'r: sed potius accomodat ꝛ mutuat: ꝛ qñ sil'r alius sicut sibi cõmutuãs: sed etiã est dissoluẽs ꝯsuetã retributionẽ accusabit eũ ꝛ dissoluet eã quã habebat secũ amicitiã. Talis ãt cõicatio causať p ħ ꝙ oẽs quidẽ vel plures volunt bona honesta ꝑpter silitudinem vtrisqꝫ q̃ p se expetibilis est. Eligũt aũt vtilia sibi ꝑpter necessitatẽ vel auaritiã. Bonũ aũt honestũ est benefacere amicis nõ ea intẽtione vt donans ꝛ benefaciẽs aliqđ ꝯpatiať p retributionẽ: ſꝫ liberal'r intendat: vtile aũt est rebeneficiatũ esse. Et q̃uis in pactũ nõ deducat nõ intẽdit ꝙ donat. Intẽdit enim ꝙ ad eq̃lia vel maiora puocet amicũ. Et g̃ qui talez accipit donationẽ ab amico ꝛ potẽs est soluere retribuẽdũ ẽ ſm dignitatẽ ꝛ valorẽ eoꝝ que passus est siue recepit: q̃uis ille forte spõte dederit: ita ꝙ nec pactũ nec scriptũ deduxit in ꝗstionẽ. Nõ eni faciẽdũ est nolẽtẽ amicũ: g q̃uis vt amicus dederit: noluit tñ amicitiã/ſꝫ retributionẽ. Taliter eni accipiẽs est potestatis in pn° amicitie: in ħ. s. ꝙ benepatiens est: hoc est bonum vtile recipiens a quo nõ oportuit. Sciuit eni ꝙ nõ ꝑpter amicitiã daret: ſꝫ ꝑpter separatã vtilitatẽ. Non eni accipit vt ab amico/neqꝫ ab eo qui ꝑpter ipsuꝫ vt ipsuꝫ amicũ hoc operať: ſꝫ poti⁹ vt ab eo quẽ sciuit vtile aliqđ intẽdere. Sicut igiť dissoluiť amicitia q̃ est in dictis siue pactis siue scriptis p nõ retributionem equalium: ita ꝛ hec amicitia dissoluenda est vt equaliũ vel plurium fiat retributio. Quinimo qui in tali amicitia ab amico accipit beneficiũ ꝛ potẽs est reddere in pn° acceptionis ꝯfiteri dꝫ ꝙ nõ vt donũ: ſꝫ vt mutuũ accipit. Si eni ĩpotens sit soluere/talẽ primũ beneficiãs qui vtilitatẽ intendit dono suo nõ significabit: ꝑpter qđ si beneficiatus potens sit soluere retribuere dꝫ ei qui eũ ex tali beatificauit amicitia. Si aũt ħ graue est ei intendendũ fuerat ꝛ ꝯsiderandũ in pn° anteq̃ꝫ donũ acciperet a quo beneficiareť: ꝛ in quo siue quãta vtilitate: vt in his ꝯsideratis sustineret vel nõ sustineret cõicationẽ. Honestius eni fuerat a pn° a tali cõicatione recedere: q̃ꝫ sic intẽdenti vtilitatẽ dignam non retribuere.

Capl'ꝫ 11m. Quomõ mẽsureť talis amicitie retributio.

Dubitationẽ aũt hꝫ vtrũ opꝫ retributionẽ talis amicitie mẽsurare patiẽtis vel recipiẽtis vtilitate: ꝛ ad hãc facere redditionẽ: vt. s. tãtum reddat quãtũ vtilis fuit sibi donatio: vel opꝫ mẽsurari redditionẽ quãtitate beneficiꝗ pmi opantis siue donãtis. Cuius exẽplũ est: si aliquis dedit decẽ ꝛ recipiẽs lucratus est centũ p decẽ. Utrũ opꝫ cõicari reddẽdo ſm totam quantitatẽ lucri: vt. s. reddat super fortẽ mutuatam 45. qđ medietas lucri est: vl' reddat tm̃ decẽ q̃ p̃ recepit: allegãdo eni cõtra seinuicẽ vtr̃ talia ꝑponere. Patiẽtes eni siue recipientes beneficia ãt dicũt se talia ab amicis recepisse que parua erãt illis ad dandũ: ꝛ que etiã ab alteris q̃ꝫ ab amicis poterãt recepisse: ꝛ iõ in tali donatiõe parꝫ amicitie se expertos: ꝛ ħ dicũt paruificãtes dona q̃ receperũt. Dantes aũt ecõuerso allegãt se ſm facultates ꝓprias maxime donasse: ꝛ q̃ a nullis aliꝗs data fuissent: ꝛ addũt ꝙ in talibus periculis dederũt vel in talib⁹ necessitatibus in qb⁹ accipiẽs magnũ dãnũ icurrisset si nõ dedissent: ꝛ nũc ſꝫ ħ sibi fieri debẽ retributionẽ. Ad hec ꝛ talia dõꝫ est ꝙ retributio in talibus mẽsurari dꝫ patiẽtis siue recipiẽtis vtilitate. Recipiẽs eni in oĩbus est vt indigẽs: indigenti aũt sufficit si eq̃le recipiat: ſꝫ in recipiẽdo tãtũ dꝫ sibi fieri adiutoriũ quãtũ iuuať ille qui suum donũ ante recepit: vt. s. tali tpe retribuat q̃li recipiẽs iuuať ad lucrũ vel a tãto periculo vl' a necessitate redimitur: vel etiã plus iuuať q̃ꝫ adiutus est ille qui donũ suum pmo accepit ꝛ intẽdit ꝙ in plus iuueť. Hoc eni meli⁹ est ſm morẽ ꝛ magis cõgruum amicitie.

Responsio ad q̃stionem. Mensura retributionis accipiẽda ẽ penes vtilitatem beneficiati.

Caplm 12m. Qr in amicitia bonoꝝ nõ est accusatio.

In his aũt amicitiꝗs que ſm virtutẽ sũt/accusationes quidẽ nõ sunt. Mẽsura eni retributionis in talibus vel assimilatũ mẽsure est ministrãtis vel retribuẽtis electio. Eligit eni vterqꝫ taliũ quãtũ põt ſm virtutẽ aliꝗ tribuere ꝛ retribuere: ꝛ vterqꝫ studet beneficiꝗs aliũ vicere: ꝛ iõ neuter põt aliũ accusare. Principale eni mẽsurãs in virtutis opibus ꝛ moris honestate in electione est. Probauimus eni in 5° huius scie li°. ꝙ nullus iniustũ patitur volẽs. Propter qđ si plus tribuit vel retribuit alter amicoꝝ alteri: ꝛ ħ volens facit ꝛ ex electione nihil iniustũ passus: ꝛ iõ accusare nõ potest. Quinimo gaudet in hoc ꝙ plus impendit q̃ꝫ recipit.

Caplm 13m. De accusatiõe amicitie q̃ est diũꝫ ꝑsonaꝝ.

Hec aũt accusationes nõ tñ sunt in amicitia ꝛ amicitie spẽbusq̃ distinguitur penes amabilia. Sꝫ sũt etiã in his q̃ penes amãtes distinguunť: ꝛ sunt inter ꝑsonas ſm superexcellẽtiã differentes. In talibus eni amicitiꝗs etiã differũt accusatiões. Uterqꝫ. n. taliũ dignũ se reputat plus hĩe tã excellẽs. s. q̃ꝫ excessus: ꝛ cũ nõ fiat sibi ħ quo se dignificat dissoluiť amicitia. Melior enim superexcellẽs existimat sibi plus cõuenire: ꝙ plus habeat ex sua excellẽtia ſꝫ distributionẽ geometricã rõnaľ plus esse tribuendũ in quãtitate. Eniꝫ qui melior est ꝛ dignior addit ꝙ etiã quãto dignior est: tanto vtilior est: ꝛ quanto excessus ĩdignior est: tãto etiã inutilior est: ꝛ minus ꝯfert cõiatti. Qui aũt inutilior ẽ minus dꝫ hĩe in distributiõe. Aliũt igiť excessum minus oportere hĩe. Adhuc aũt si nõ plus recipiat dicũt nõ esse amicitiã: sed quãdã seruilẽ ministrationẽ. Si eni amicitia est cũ vterqꝫ amicoꝝ alteri velit bona ſm dignitatẽ: opꝫ ꝙ maiori vterqꝫ amicoꝝ velit plus boni: aliter eniꝫ vi᷑ fieri iniuria. Hoc aũt fit: q2 existimant ꝙ sicut in pecuniaꝝ distributione plus accipiunt qui plus ꝯferũt in ꝑmotione cõitatis: ita dicũt oportere fieri in amicitiꝗs. v. g. habẽt forte cõicationẽ miles ꝛ plebeus in mercatione: ꝛ ꝑpter militem mercatio absoluiť a vectigalib⁹ ꝛ teoloneis: ꝛ sic ad cõmune lucrũ plus cõfert opatio militis q̃ꝫ plebei: ꝑpter qđ militi rõnabile vi᷑ ꝙ plus accipiat. Indigẽs aũt siue excessus: cui⁹ opatio deterior est in cõicatione: ecõtra allegat ꝙ amici boni propriuꝫ sit ꝙ sufficiat indigenti amico: ꝛ q2 plus indigeat de cõi lucro plus debeat recipere. Dicũt eni ꝙ ad nihil vtile eẽt amicũ esse studioso vel potẽti/vel erudito/vel diuiti: si nec vltra id qđ cõfert sit recepturus ab amico tñ eni a q̃libꝫ nõ amico eẽt recepturus⁹. Ad hec aũt dõm esse videť ꝙ vterqꝫ videtur rõne significare: ꝛ ꝙ opꝫ vtriqꝫ plus tribuere ex amicitia: ſꝫ nõ ex eodem bono vtriqꝫ plus tribuendũ est. Sed superexcellenti qdeꝫ plus tribuendum honoris ꝛ demonstrationis ꝛ laudis:

Ratio maioris. Ratio inferioris. Determinatio veritatis.

B Donũ honestum ab vtili differt. A Dubitatio. Rõ dubitãis.

Indigenti aūt qui superexcessus est opꝫ tribuere lucrū:ita ꝙ lucrū gñalr sumaṫ pro oī eo ꝙ supplet indigētiaꝫ excessi. Propriū enī pmiū virtutis ꝛ bñficij liberalr ipensi honor est. Excellētis āt ē ex vtute ꝛ liberalitate ministrare:eo ꝙ ille p indigētiam nō cogit. ꝑpriū aūt auxilium indigentie lucrū est. Talis enī ab ipsa indigētia cogiṫ lucro intēdere. Sic ḡ vtriqꝫ retribuēdum est ſm dignitatē/honor excellenti ꝛ lucrū attribueṫ excesso. Hoc autez ꝓbaṫ p id qđ fit in vrbanitatibus. Sic enī vꝫ in vrbanitatibus obseruari. In vrbanitatibus enī nō honoraṫ qui nullū vel paruū bonū cōe reipublice tribuit. Cōe enim bonū qđ īter ciues distribuendū est:datur ei qui cōmunē rē publicā beneficiat ꝛ ꝓmouet. De talibus aūt cōmunibus bonis est honor:cōitatē aūt ꝓmouens excellēs ꝑsona est. Opus enī vilis ꝑsone ꝛ humilis ad rēpublicam nullus est. Honor igiṫ excellētis est:nec pōt dici ꝙ vna ꝛ eadē ꝑsona cōitatē ꝓmouēs simplr in vno tēpore ditari possit a qbusdaꝫ cōibus ꝛ honorari. Sic vnus ꝛ idē ꝛ silr excedens esset ꝛ excessus in eodē. ¶ Adhuc aūt si excellens lucrū non intēdēs/etiā honorē nō reciperet:tūc impendens cōitati in vtroqꝫ honore obsequij.s.ꝛ lucro minoraret. Nullus qdē aūt in oībus minus expectat. Excellētia aūt minus circa pecunias tribuiṫ/sed honoris:ꝛ excesso qui dona expectat ad ꝓprie indigētie supplemētū: vrbanitates tribuit pecunias ꝛ nō honorē. Sic.n. vtriqꝫ retribuitur ſm dignitatē. Qr aūt ſm dignitatez sic retribuiṫ:ſm geometricā ꝓportionē saluat ꝛ adequat amicitiā:queādmodū sepe dictū est. Sic vtriqꝫ associandū est .vnicuiqꝫ/eq̄libus ꝑsonis existētibus/qđ ꝯgruit vtriqꝫ ſꝫ ꝓpriam dignitatē. v.g. ꝙ ei qui in lucrum pecuniaꝝ cōe ex ꝓpria dignitate plus vtilis est:vel etiā qui plus vtilis est ad virtutē:ex ꝓpria dignitate sic diues/vel honestus/vel eruditus plus honoris reddaṫ ab eo qui sibi cōicat ꝛ retribuere dꝫ qđ ꝯgruit. Ei aūt qui plus indiget:plus lucri reddaṫ ꝓpter famulatū quē impēdit. Attendendū tñ est ꝙ retributio fit ſm possibilitatem:vt.s.hoc retribuat qđ ꝯtingit cū retribuere ſm facultatē ꝓpriā. Amicitia āt ab amico recipi requirit possibile:ꝛ si nō requirit h̄ qđ dignū eēt repēdere:hoc enī aliqñ est sup facultatē retribuētis. Non ḡ querit ꝙ in oībus sibi ſm dignitatē retribuaṫ:quemadmodū pꝫ in his honoribus qui ad deos vl̄ parentes retribuēdi sunt. Nullus aūt(est etiaꝫ si seipsuꝫ sepius rependat)qui ſm equalē dignitatē dijs ꝛ parētibus retribuere possit:sed famulans ꝛ retribuēs ſm potētiaꝫ ꝓprie facultatis epyeykees ꝛ bonus eē vꝫ. Propter qđ vlterius videṫ ꝙ nō est possibile filio patrē abnegare indecēti retributione. Patri aūt possibile est abnegare filium. In tātis enim beneficijs pater sibi filiū obligauit:que filius nūq̄ reddere pōt adequate:filius autez in nullo sibi obligauit patrē:filius ḡ semp dꝫ. Qui aūt semper debitor est ad reddendū/semp obligaṫ. Filius enim nihil opatus est qđ sit dignū his que sibi subfuerūt a patre:semp igiṫ debitor manet ꝛ patri dꝫ. In oībus aūt ita est ꝙ ille cui debeṫ/liberā potestatē hꝫ dimittēdi debitorē:ꝛ nō culpaṫ si dimittat ꝛ soluat amicitiā. Patri igitur liberū est filiuꝫ dimittere ꝛ subtrahere sibi amicitie subuētionē. Simul aūt cū hoc notādū est ꝙ forte nullus patrū sic dimittit filiū:nec aliqñ recedere vꝫ a filij subuentione:nisi filius superexcellentis malitie sit ꝛ ꝯtumacie in parētes:tūc enī pro certo a patre relinquendus est:ꝛ iudici ꝯdemnandus dꝫ assignari. Qr aūt diximus patrem nō relinquere filiū nō est amicitie debito:sed potius ex nāe vinculo:qr.s.se alteꝝ pater hꝫ in filio. Vn̄ etiā sic ꝯscribatur nālis hec amicitia:inquātū amicitia est:adhuc humanū ꝛ humane pietati ꝯgruū est:nō expelli a patre talem auxiliationē quā pōt impendere filio. Expelli aūt diximus qr tanta est inclinatio nāe patris in filiū:ꝙ nisi violenter expellaṫ p nimiam filij īpietatē:pater filiū nō deserit. Sed tūc sic malo existēte filio/patri vel a filio fugiēdū est:vel ad minus nō festinandū/vt filio ſm malā voluntatē suam sufficientia ministret. Multi enī taliuꝫ beneuolunt pati/ꝛ multa bona recipere a patribus: facere aūt in reuerentia patrū que debent fugiūt/eo ꝙ h̄ inutile ꝛ non lucrosum reputant. De talibus igiṫ accusationibus intantum dictum est.

¶ Explicit liber octauus ethicorum.

¶ Incipit nonus qui est de ipedimentis amicitie. Cuius primus tractatus est de ipedimētis que sunt ex parte modoꝝ amicitie ꝛ causarum sumptis: ꝛ non ex parte amicoꝝ.

¶ Caplm pᵐ. De enumeratione īpedimētoꝝ in cōmuni.

Ex his que in supiori libro dicta sūt. Manifestū est ꝙ in oībꝰ amicitijs que sunt dissimiliū spēꝝ semp analogū ſm distributiuā vel cōicatiuā iustitiā equat ꝛ saluat amicitiā:qđ pꝫ in polyticis amicitijs:quas polyticas ordinat in ciuitate ꝓpter operum cōicationem sine quibus nō pōt saluari ciuitas. Coriario enī pro calciamētis retributio fit ſm cōicatiuā iustitiā: ſm sui operis dignitatē q̄ est valor opis. Talis etiā retributio fit textori pro ope suo:ꝛ architecto:ꝛ silr est in reliquis oībus:q̄ ad cōicationē veniūt ciuitatis. In talibus aūt oībus vna q̄dā cōis mēsura inuēta est q̄ numisma vocaṫ. Qđ iō a numero dnoiaṫ:qr numero suo maioris valoris aut minoris mēsurat ꝛ adequat. Ad numisma enī oīa talia referunṫ/ꝛ numismate mēsuranṫ qñ veniunt ad cōicationē qua de vno ad aliū cōmutanṫ. Tales enī amicitie q̄ sūt taꝫ dissimiliū spēꝝ ex pncipijs amicitie nō possūt determinari. Magnā enī hñt diuersitatē ꝛ magnū errorē. Et ī moralibus magis ex pticularibus q̄ ex vlibus est ꝓcedēdum: ꝓpter qđ spālem librū hic inducere opꝫ. Loquemur aūt hic de ipedimētis que nō tm̄ accusabilē faciūt amicitiā: sed etiā sine accusatione statim resoluūt etiā spēs amicitie. Vel etiā spēs ipedimētoꝝ nō stricte: ſꝫ large accipimus: ita.s.ꝙ modi species vocenṫ:sicut in 2° magnoruꝫ moraliū ab Arist. est determinatū. Propter qđ etiā amorē amantiū amicitiā vocamus ꝛ beniuolētiā ꝛ ꝯcordiaꝫ ꝛ benignitatez ꝛ eutrapeliā:ꝛ huiꝰ oīa que faciunt hoīes sibiīnuicē:cum tm̄ accipiendo stricte nullū hoꝝ sit amicitia/vel amicitie spēs. ¶ Incipientes igiṫ dicimus ꝙ ipedimētū cuiusdā amicitie est que amatiua vocaṫ:qñ qdē amator qui pnᵐ amationis est accusat amatū vel amatā: de h̄ ꝙ cū ipse supamās sit:oīa soluēs q̄ dꝫ ex amore:ab amato vel amata nō redamaṫ: forte nihil recipiens vel hñs amabile si sic ꝯtingat: vl̄ nō tātū quātū dꝫ recipere ab amato vel amata:ꝛ ecōuerso amatus vel amata accusat amatorē:qr anteq̄ frueret amore.s.oīa repromisit: ꝛ postq̄ amore ꝑfruitus est/nihil vl̄ nō satis ꝑfecit. ¶ Accidūt aūt talia frequentius:qñ amator quidā amat amatū vel amatā ꝓpter delectationē:econuerso aūt amatus vel amata amatorē/vel amātē diligit ꝓpter vtilitatem: hec enim que amanṫ nō semp existunt ambobus. Non enī semp amator vtilis est:nec amata delectabilis est: ꝛ ꝓpter hoc cū amicitia primuꝫ inter eos sit/dissolutio fit talis amicitie qñ nō fiunt illa quoꝝ gratia amabant inuicē. Tales enī nō amant seipsos ꝓpter seipsos:sed amant quedā que sunt in ipsis:que sunt delectatio ꝛ vtilitas:ꝑ illa enim tales sunt amicitie.s.ꝙ saluatis saluanṫ: ꝛ illis deficiētibus

Honor ē retributio debita opera.

B

Nō ōs semp dignos retribuere.

A

Numisma de inueniendi ratio.

Cap.9.

Causa perturbationis amicitie.

B

Amicitia rur bat ꝓpter nō recōpensatio nem.

deficiētibus resoluunẽ. ¶ Ea aūt amicitia que honesta tis moꝝ est ⁊ virtutis sola ſm seipsaꝫ amicitia est:⁊ qꝛ sola virtus constans est ꝓpter hoc/hec simplr manet quēad modū in priori libro dcm̄ est. ¶ Qui aūt ꝓpter delecta bile vel vtile seinuicē amāt:etiā alia rōne cōtendunt ꝙ̄ sit illa que dicta est. Cōtendunt eni ⁊ dissident cuꝫ altera retribuanẽ ipsis ⁊ nō eadē que appetunt in se adinuiceꝫ. Dicūt eni ꝙ quātū ad amorē ⁊ appetitū aliquē nō poti ri eo qđ appetit:sile est ei qđ est nihil fieri in amoris re tributione. ¶ Cuius exēplū est qđ dr̄ in Alexādro ꝙ ci tharedum vocans tempore nocturni somni quem Py thagoras dulcius ⁊ leuius citharā tangi ꝑcipiebat: sicut ⁊ Orpheus dulcedine cithare somnū vocasse dr̄. Citha redo repromisit ꝙ quāto melius ⁊ dulcius cithara cane ret:tanto plus remunerationis esset accepturus. Cuꝫ aūt in mane citharedus ab Alexandro ꝓmissiones expete ret. Rn̄dit Alexāder citharedo iam recepisse qđ ꝓmise rat. Delectationē eni pro delectatione se reddidisse dice bat. Tātū eni delectatus fuerat citharedus vigilans: qꝛ delectationes in melodiys habebat quas Alexāder dor miens nō ꝑceperat. Et hˀ quidā responsio cōueniēs esset si in cōicatione qua Alexander ⁊ citharedus cōicabant vterqꝫ delectationē appetebat ⁊ ꝗrebat:tunc eni respon sio talis satis habuit ⁊ sufficiens fuit. Si in cōicatione ꝙ̄ ꝯuenerunt/vnus petebat vtilitatē ⁊ lucrū exhibens dele ctationē:alius aūt petebat delectationē ministrās lucrū: ⁊ vnus quidē hꝫ qđ vult ⁊ ꝗrit in alio:alter aūt nō habet in altero qđ ꝗrit(cū nō ministreẽ id qđ ꝗriẽ in ipso)tūc nō bene se habebit id in quo cōicant adinuicē. Unusqsqꝫ eni hīs attendit ⁊ ꝗrit ꝗbus potiri vult:ſm indigentiaꝫ siue ad indigentie ꝓprie supplementū:⁊ illius quidē grā quo potiri querit ſm indigentie supplementū/dabit mi nistrando ea ꝙ̄ querunẽ in ipso. Sic eni amator lucrum exhibet pro delectatione. Amasia aūt delectationē mini strat pro lucro:⁊ accusant seinuicē qn̄ ad votum nō inue niunt in alterutris quod querunt.

¶ Caplm̄ 2m. Que sint mēsura ꝙ̄ talis ꝯtētio dirimi pōt.

A

Queramus igitur qđ sit mensurans ⁊ ordinans:ad cuius mēsu ram ista possit dirimi ꝯtentio. Et iquiramus vtrū.s.hoꝝ dignitas:hec debeat ordinare: vtrū.s.antecedans/siue ministrās ſm rōnē sue ministratiōis debeat hec ordinare:vel ille qui ꝑaccipiēs est ministrationē illā ſm dignitatē sue reministrationis: ⁊ mēsurā hanc debeat dirimere ꝯtentionē. Hoc eniꝫ du bium est:qꝛ aliqn̄ ⁊ in aliꝗbus ꝯtrībus/ille qui accipit ⁊ secū ꝯbit ꝙ ad estimationē.s.ipse mēsuret. Cuius exēplū est ꝙ dicūt Pythagorā sophistā fecisse. Cū eniꝫ doceret quēcūqꝫ ⁊ ministrare ꝓmitteret doctrinā iussit in hˀ di scentē honorare ꝙ ad estimationē discētis tm̄ acciperet: quanto dignius ipse discens reputaret scire ea ꝙ̄ ab ipso

Pythago.

discebat. Uoluit eni ꝙ discipulus estimaret pro quanto vellet scire que docebat ⁊ tm̄ daret pro doctrina. In tali bus enim ꝗbusdā silibus.s. Pythagore doctrinis sufficit hˀ ꝙ accipiens mensuret nō ad valorē rei:sed ad quanti tatē appetitus desiderātis rem illā. Sic eni oēs gēmariȷ gēmas vendere videnẽ:nō eni respiciunt ad valorē gē maꝝ:sed ad quātitatē appetitus eius qui gēmas deside rat. Sic etiā oīs res vendiẽ tēpore necessitatis:qn̄ carior

Homerus

ab accipiēte reputaẽ. Homerus dicit etiā ꝙ viro cuilibꝫ hoc mō merces debeẽ:⁊ tanta quantā eā estimat ille qui ministerium viri accipit. Illi aūt qui ꝑaccipiūt hˀ modo argētū ab aliquo:vel quācūqꝫ ministrationem:⁊ deinde nihil faciunt eoꝝ ꝙ̄ ꝓmiserūt ꝓpter ea: qꝛ cū indigentes in appetitu essent rei habēde supabundanter vltra valo rem rei ꝓmiserūt ꝯueniēter:fiunt in accusationibus:⁊ ac cusanẽ eni a ꝑus dante ⁊ ministrante. Nō eni perficiunt ꝙ̄ ipsimet ꝯfessi sūt se ꝑfecturos ei acciperēt. Talr autēꝫ cōtrahere ⁊ mēsurare ea ꝙ̄ exhibēt sophiste coguntẽ/⁊ so phistaꝝ imitatores. Si eni recte estimarenẽ ꝙ̄ sciūt:nul

Turbatio amicitie fit ex defectu ꝑacci piētis aliqđ.

lus vtiqꝫ argētū daret. Quid eni valet scire sicut dic Se neca. Mus rodit caseum. Mus est silla.ꝫ silla rodit ca seum. Opꝫ igiẽ ꝙ talia vendanẽ ad accipientis estima tionē:ita.s.ꝙ quātitas appetitus attendaẽ ⁊ nō valor rei. Ex opposito aūt si docentes nō faciunt exhibēdo doctri nā hīs quoꝝ accipiūt mercedē:vt.s.talē exhibeant ꝙ̄lem ꝓmiserūt:ꝯueniēter ⁊ ipsi accusanẽ ⁊ fiunt in accusatio nibus discipuloꝝ:⁊ hoc etiā patiunẽ sophiste. Qui admi randa ⁊ inenarrabilia ꝓmittūt:⁊ pui valoris sophismata ꝑsoluūt:ꝙ̄ oīa in.13.fallaciys determinanẽ. Mirꝫ eni ē si

Seneca

B

turris stet i capite hoīs qđ ꝓmittit se docturꝫ sophista ⁊c̄. ⁊ cuꝫ doctrina soluere debet docet ꝙ turris stat in aere: aer aūt in capite.ꝫ turris in capite. In ꝗbus aūt cōicatio amicitie nō fit ꝓpter ꝯfessionē ministrationis ꝓmissiōe vel pacto firmatā ad vtile/vel delectabile:sꝫ ꝓpter seip sos se adinuicē amant. Sūt veri amici vt in antehabitis dictū est:qm̄ isti inaccusabiles sunt. Talis enim amicitia ſm virtutē est ⁊ retributio facienda in ipsa ſm electionē

Recompēsa tio i amicitijs quō fieri dꝫ.

mēsuraẽ. In tali eni amicitia eligiẽ amicus ꝓpter seipsū: ⁊ talis est etiā electio virtutis in qua sicut dicit Seneca. Uterqꝫ ꝯtēdit vincere aliū beneficiys. Et ad talē modū amicitie videnẽ referri:illi ꝗ in phīa cōicāt. Phīa enim essentialis est felicitati ꝯtēplatiue. Et philosophari sicut in theorematibus actus est talis felicitatis. Propter qđ cōphilosophantes dignitatē opeꝝ.s.ad pecunias nō re ferūt. Pecuniys eni nō pōt mensurari eo qđ accipiēs mi nistrat:sꝫ forte ꝙ sufficiens est ſm ꝓpriā facultatē: ideo

Seneca

Queritur autem iterum vtrū in bōis fortunis vel in infortunys magis opus est amicis. In ambobus autem eufortunys ⁊ infortunys amici requiruntur propter diuersa. Infortunati enim auxilio indigentes amicos requirūt propter auxiliū. Amicorum enim dicunt proprium esse auxiliari ⁊ in necessitatibus promptis esse. In eufortunys autem amici requiruntur: quia cōuenientius est his benefacere cū qui potest. Dicunt enim amici esse benefacere amico. Eufortunati enim qui boni sunt semper volunt beneoperari. Hos enim neq; eufortunium eleuat nec verecundantur de necessitatibus amicorum: ⁊ cū melius sit amicis benefacere q̄ extraneis: tales requirunt amicos quibus benefaciant. Ad hoc autem dicitur q̄ amicus quidē magis necessarius est in infortunys: propter qđ in infortunys opus est vtilibus que auxilientur. Melius autem in bono virtutū cōsiderātes dicimus: q̄ amico magis opus in bonis fortunys. In omnibus enī que ad virtutem pertinent semper melius benefacere q̄ benepati: sed aliquando magis necessarium sit benepati q̄ benefacere. Propter qđ eufortunati qui boni sunt secundum virtutem querunt amicos epyeykees quibus benefaciant: eo q̄ eligibilius est bonos beneficiare ⁊ cū bonis conuersari secundum honestatis rationem: q̄ cū quibuscunq; in bonis fortunys ⁊ etiā infortunys. In infortunys tristati a tristitia secundum aliqđ releuantur ⁊ alleuiantur ex presentia amici tristari condolentis. Propter qđ quis aliqui dubitent qualiter releuetur vnus amicus ex altero. Utrum. s. diuidendo grauitatem tristitie in duos. s. dolentem ⁊ condolentem: ita. s. q̄ condolens in se transumat partem tristitie: sed hoc quidem non est verum: sed releuatio fit ex delectatione presentie amici superuenientis. Semper hoc certum est: q̄ presentia amicorū sibiinuicem delectabilis est: ⁊ per hoc quod amicus condolet amico tristato amicus intelligens ⁊ cognoscens q̄ sibi alter condolet statim minorem facit tristitiam. Hec autem questio maxime propter Platonem est qui delectationem tristitie dixit esse non cōtrariam: ⁊ sic tristitiam non releuari a delectatione presentie amici sicut a contrario. Hippocrates autem dixit q̄ sicut in eodē membro maior dolor absumit minorem ⁊ consumit quantum ad sensum: ita tristitia superuenientis amici quē sicut seipsum diligit ⁊ contristatum videre non potest absumit/⁊ eē tristitiā eius qui tristatus est. Propter qđ etiā tristati qui boni sunt in presentia amici confortantur ⁊ exhibent se q̄si non tristatos vel minus tristatos: ne amicos presentes ex sua presentia faciant amplius contristari. Siue ergo propter hoc vel propter aliud aliquid alleuiatur contristati ad presens dimittatur. Non enī pertinet ad propositam intentionem: ⁊ sufficit nobis scire quia sic est q̄ tristatus amicus ex presentia amici releuatur. Presentia enim ipsorum adinuicem mixta est: ita q̄ vterq; miscetur altero. Ipsum enim videre amicos valde delectabile est. Ei autem qui infortunatus est delectabilissimum est: si amici dignantur videre eum: ⁊ ipsum videre quomodo visitatur ab amico fit ei quoddam auxilium ad non tristari: vel minus tristari. Amicus enim quoddā consolatiuum est ⁊ inter consolātia consolantius tam visione q̄ sermone maxime si epydexius sit. Epydexius sic dicitur ab epy q̄ est supra: ⁊ dexia q̄ est conceptio vel opinio: ⁊ est epydexius qui supernouit sermonem ⁊ morem in quo amico congruere possit. Talis enī nouit morem ⁊ in quibus potissime delectatur ⁊ tristatur amicus. In infortunys autem triste est omni bono contristatum sentire amicum. Omnis enī bonus fugit ne tristitie causa fiat amicis. Propter qđ qui viriles sunt secundum naturam ⁊ optimi valde reuerenter ⁊ proprias tristitias abscondunt ne ipsis contristari faciant amicos: ⁊ si tristari ⁊ infortunati tristitie se non superextendat/non sustinet sibi amicum contristari. Abscondit enim tristitiam ab amico ⁊ demonstrat se amico ac si non tristatus sit vel minus tristatus. Uniuersaliter enim virtuosus virilis est: ⁊ propter hoc non complacet sibi in cōplorantibus qui lugent eū: neq; etiam ipse secundum seipsum in tristitia ploratiuus est: sed in omnibus virilitatem ostendit ⁊ non deiectum animū. Propter qđ quidam ad amicos dixisse refertur non pery propter iminentes tenebras: nec operuit faciem meam caligo. Aliquando enim etiam tales qui secundum virtutē amici sunt muliebriter gaudent in his qui sibi coangustiātur ⁊ condolent ⁊ lugent eos: ⁊ amant illos vt amicos qui sibi condolentes sunt: quos in talibus imitari non oportet: sed in omnibus imitandi sunt meliores. In omnibus enī ad virtutem pertinētibus virile muliebri melius est. In bonis autem fortunis amicorum presentia ⁊ conuersatio delectabile habet: ⁊ insuper in hoc q̄ amicus condelectari sentit amicum in quibus ipse delectatur: ⁊ de hoc intelligentiam accipit multū auget delectationem. Propter qđ rōnabiliter videtur ad bonas fortunas vocare ⁊ inuitare amicum prompte. Bonū enim semper benefactiuū est: ⁊ benefactiuum esse bonum est. Ad infortunia autem in malis fortunis pigritare debet amicus ne aduocet amicum ad contristationem. Amicitie enim vere propriū est vt minimum q̄ potest malorū suorū ⁊ tristitiarū tradat ⁊ cōmunicet amico. Unde hoc tragedorū verū est qđ dicitur. Sufficit q̄ ego solus infortunatus sim nō oportet amicos mecum infortunari. Si autem in infortunys vocantur amici: maxime in talibus aduocantur in quibus parum ⁊ secundum pauca turbari debeant: ⁊ secundum multa iuuare

In infortunijs magis opus ē amicis.

Tristitia ex presentia amici alleuiatur.

B

Epydexius vnde dicit.

Amicus in fortunis vocandus est.

tristatum

tristatum. In his ergo ⁊ talibus aduocandi ⁊ inuitandi sunt amici. In ire autem ⁊ visitare amicuꝫ econuerso forte congruit facere ſm veram amicitie rationem. Ad infortunatos quidem enim oportet prompte ire etiam nō vocatos vt amicis infortunatis benefaciant. Amici eniꝫ proprium est benefacere amico: ⁊ maxime benefacere his qui in necessitate sunt constituti: ⁊ his qui tunc hoc maxime amico dignificant ꝙ ab amicis visitentur. Nō enī dignum se reputat infortunatus amici presentia. Semper enim bonus alium existimat meliorem ⁊ se indignuꝫ esse illius presentia: maxime cuꝫ infortunatus sit. Ambobus enim his existentibus sciliꝫ ꝙ amicus in necessitate sit ⁊ indignum se reputet visitatione amici: melius ⁊ delectabilius est benefacere: tum ꝓpter humilitatem: tum propter amicitiam. Ad bonas autem fortunas amici amicū oportet prompte cooperantē esse. Quia hoc propriū est amicorum vt prompte in omnibus bonis promoueant amicuꝫ. Etenim ad hoc necessitas amicorū est ꝙ vterqꝫ ad bonum promoueatur ex altero. Promouere eniꝫ operari est ⁊ conferre: ⁊ adhuc debet esse promptus quilibꝫ bonus amicus. Adhuc autem ꝙ benepatiatur amicus ab amico quiete debet se habere amicus ⁊ remisse: ⁊ quasi inuitus aduenire. Nō enī cōpetit bono virtutis promptū fieri aliquem ad hoc ꝙ iuuetur ab aliquo. Adhuc autē vnicuiqꝫ bono reuerenduꝫ ⁊ opinionem ⁊ delectationeꝫ facit ⁊ tedij ꝙ sepe adueniat amico in hoc ꝙ onerosum est. In antehabitis autem diximus onerosum esse ⁊ iuuare. Hoc enī quandoqꝫ accidit ꝙ sepe se ingerens ad subuētiones alioruꝫ onerosus ⁊ tediosus efficitur. Ex omnibus autē inductis patet ꝙ presentia amicoruꝫ in omnibus eligibilis esse videtur: dūmodo seruentur ea que dicta sunt. Amicoruꝫ autem ſm virtutem semper delectabilis est presentia. Non enim fundatur super adiutoria: sed super virtutis cōmunicationē. Hi enim studiose sibi cōmunicant in actionibus virtutuꝫ ⁊ sermonibus, ⁊ speculatione cōmunicantes. In his nunꝙ̄ satietas est vel tedium: sed semper gaudent coesse ⁊ ꝯtinue confrui bonis que sunt in signis amico.

Quando ⁊ quando amicus sit visitandus.

Capl'm 6m. De modo in quo veri amici cōmunicant.

A

Amicis igitur qui boni sūt ſm virtutem maxime delectabilissimum est seinuicem videre amantibus amore qui Heros vocatur: ita etiam vt dicit Auicēna ꝙ si subito videant seinuicem citatur qui in ipsis est pulsus: eo ꝙ cor facit diastoles tanꝙ̄ nitatur subito comprehendere presens amatum. Et ideo magis eligunt hunc sensuꝫ qui est visus ꝙ̄ alios: eo ꝙ hꝫ in pluribus ⁊ magis certificat: ⁊ ſm sensum hunc maxime est ⁊ fit amor ⁊ augetur. Hoc autem modo ſm hunc sensum ⁊ in amicis fit eligibilissimuꝫ cōuiuere ſm visum. Visus enim multas differentias ostendit ⁊ certifice nuntiat: vnde est illud Oratij. Segnius irritant animum dimissa per aurem. Quam que sunt oculis submissa fidelibus. Diximus enim ꝙ amicitia quedam cōmunicatio est ⁊ ꝙ amicus sicut se habet ad seipsum, sic se habet ad amicum: propter qđ sensus quo vtitur circa seipsum ⁊ quē eligit ad suiipsius contuitum ⁊ notitiam habet: eligit etiam ad amicum noscenduꝫ. Auditus enim non est nisi designatio ⁊ non de re nec in ipso percipitur quid fedum vel pulchrum sit nec ostendit nisi soni differentias. Alij autem tres sunt sensus nō disciplinabiles: sed indicatores alimenti: quemadmoduꝫ in libro de sensu ⁊ sensato probatum est. Propter qđ sensu visus frui eligunt amici sibiinuicem plus ꝙ̄ alio sensu. Amicitie enim operatio ⁊ constitutio ⁊ augmentatio fit in cōuiuere ſm hūc sensum: maxime propter quod cōuenienter amici appetunt videre seinuicem: ⁊ per hunc sensum hoc quod est esse singulis aliquando seorsum: ⁊ id cuius gratia eligunt viuere in hoc eodem delectabili ⁊ amabili ⁊ cum amicis volunt conuersari. Quod enim vnusquisqꝫ fortissime desiderat in hꝫ dicit esse suū esse ⁊ viuere: ⁊ ꝓpter illud dicit esse totam suam vitam: sicut virtuosi esse totū reputatur esse in operibus virtutis: ⁊ contemplatiui in contemplatione: gulosi autem in epulis: ⁊ ebriosi in potibus: ⁊ si abstrahantur a talibus tristantur ac si interceptum sit eis esse ⁊ vita. Propter quod quando conueniunt aliqui quidem compotant: alij quidem colludunt ad aleas: alij autem ⁊ coexercitantur forte in palestra: ⁊ forte in sagittis: vel alijs exercitijs: aliqui autem conuenantur: ⁊ aliqui conphilosophantur singuli cōmorantes in hoc ad amicos qđcūqꝫ maxime diligunt de numero eorum que ad vitam pertinent. Conuiuere enim nolentes cum amicis hec maxime faciunt, ⁊ in his cōmunicant cum amicis in quibus existimant conuiuendum: ⁊ ad que referunt totam vitam. Et ex hoc fit mala prauorum amicitia. Cōmunicant eniꝫ sibiinuicem in prauis: ⁊ instabiles de prauitate in prauitatem defluentes. Necesse est enim malos fieri ⁊ vtriusqꝫ prauitatem in alterum transfluere: per hoc ꝙ similitudine amicitie ⁊ qualitate assimilati sunt adinuicem. Amicitia autem eoruꝫ qui epyeykees sunt ⁊ superboni fit epyeykees ⁊ superbona coaucta in vtroqꝫ amicorum colloquijs optimis. Adhuc autem ⁊ meliores fiunt taliū amicitie in hoc ꝙ operantes sunt optima. Iam enim olim ꝓbatuꝫ est omnes habitus operationibus ⁊ generari ⁊ augeri. Tunc etiam meliores fiunt quia amici in amicitie operibus diriguntur adinuicem: ⁊ vterqꝫ trahit se ad alterum ⁊ auellunt se ab oppositis ⁊ recipiunt adinuicem optima in quibus sibiipsis complacent: aliter enim non essent studiosi. vnde in poesi Theoginis dicitur. Quod bona quidem a bonis recipiuntur. In antiquo autem prouerbio dicitur: qđ ab impio egredietur īpietas. De amicitia quidem igitur in tantum dictum sit. In sequenti enī libro de delectatione ⁊ felicitate contemplatiua est pertranseundum.

Visa magis mouent.

Oratius

Theogines

Explicit liber nonus.

Incipit decimus de felicitate ꝯtemplatiua. Cuius primus tractatus est de delectatione.

Capl'm pm. De causis propter quas tractandum est de delectatione.

A

Cum autem iam habitū sit de principijs virtutum ⁊ omnibus virtutum differentijs moralium scilicet ⁊ intellectualium ⁊ imperfectaruꝫ ⁊ heroycarum: ⁊ differentijs eoruꝫ que adiuncta sūt virtuti: sicut sunt genera amicitiarum ⁊ genera impedimentorum amicitie: post hec omnia de delectatione forte sequitur pertransire. Rationes enī ethice necessitatem non habent: sed sub motu liberi arbitrij sunt: qđ ꝙ̄uis fortuitu mouetur: eo ꝙ in electione ⁊ ratione electionis posita frequenter auertunt. In ipso enim est facere vel non facere nec cogi potest ad sic vel non: nec agitur a natura nec cōmuniter ratione. Et ideo per liberum arbitrium homo est dominus suorum actuum. Sub forte ergo ⁊ non sub necessitate determinare que de moribus dicuntur. Pertranseūdo autem oportet dicere ⁊ figuraliter ⁊ typo pingere: ⁊ de nullo requirere subtilem rationem. Primo autem de delectatione dicemus: quia ipsa in felicitate contemplatiua se habet: sicut genus ⁊ opera

tio que felicitas est sicut differentia specifica. Est eniz diffinitio felicitatis sicut diffinitio symi in cuius diffinitione curuitas pro genere est. Nasus autem pro differentia: sicut ⁊ genus determinatur ad differentiam. Felicitatis diffinitio est operatio intellectus cuz delectatione vel nõ sine delectatione. Et ideo delectatio se habz ad operationem felicitatis sicut ad subiectum per qđ specificatur ⁊ determinatur: ipsa autem est sicut genus determinatuz. Cum ergo a cõmunioribus sit procedendum: a delectatione procedenduz est: ⁊ sic ad determinationem operationis que felicitas est procedendum. ¶ Est enim delectatio quasi quoddam principiuz directiuuz in moribus: ⁊ quia homo etiam fm animam ⁊ fm complexionẽ corporis magis perceptiuus est omnibus alijs animalibus. Ex perceptione autem cõuenientiuz causatur delectatio: propter hoc delectatio maxime inter omnia animalia videtur coappropriari generi nr̃o. Propter quod in tertio huius scientie libro diximus. ꝙ cõplantata est vite. Propter hoc etiam gubernatores iuuenuz ⁊ instructores erudiunt ad mores consideratione delectationis ⁊ tristitie. Tales autem gubernatores greci oyakiçontes vocant. Sicut enim per oyaka: id est gubernacula nauigia circũacta ⁊ directa ad portus saluantur: sic ⁊ iuuenes consuetudines discentes delectatione: quasi a temone quodam directi ad portum veniunt virtutis: assuescentes gaudere in quibus oportet ⁊ tristari in quibus oportet. ¶ Adhuc autẽ ad moris virtutẽ maximuz inter omnia principia videtur esse gaudere quibus oportet gaudere: odire que odire oportet tam fm corpus q̃ fm intellectum. Hec enim pertendunt ⁊ pertingunt a fine vsqz in finem per omnem vitam: siue sit vita intellectualis siue rationalis. Rationalis dico ꝙ fm essentiaz ratio est siue illius quia ratio est, quia participat qualiter rationez. Et hec habent inclinationem maximã ⁊ potentiã ad omnẽ virtutis differentiam ⁊ ad vitam felicem, siue quis ciuiliter felix sit, siue contemplatiue. In omnibus enim his omnia delectabilia quidem eligunt: triste autem fugiũt. Delectabilia autem ⁊ tristia, dico communiter: siue sint delectabilia simpliciter, siue sibi ⁊ vt h̄ ⁊ nunc. Pro talibus enim cõsiderationibus delectationis ⁊ tristitie: quia scilicet per totam vitam pertingunt ⁊ inclinationem habent ad virtutem quibusdam videbatur qđ delectatio nequaq̃ eligenda esset sicut paulo post ostẽdet. ¶ Adhuc autem aliter cõsiderando principia moꝝ de delectatione determinandum est: eo ꝙ multã inter antiquos accepit dubitationem. Quibusdam dicentibus eam esse bonum: quibusdam autem malum ⁊ prauum. Quibusdam autem nec bonum nec prauum nec non bonum: sed virtutis impeditiuuz. Ut autem hoc perfectius intelligatur scire oportet ꝙ antiqui per se bonum in tria distinxerũt. Dixerunt enim ꝙ per se bonum diuiditur contra principalius bonum, ⁊ contra per accidens bonuz, ⁊ contra bonum ꝓpter aliud. Et primo modo per se bonuz ipsa bonitas est separata: que quasi fons ⁊ centruz est a quo deriuatur bonuz in omnia que participant bonũ simile ponẽtes in colore. Cuius causa fontalis extremitas est perspicui a quo fluit color iste vel ille: fz ꝙ extremitas perspicui diffunditur sic vel sic indeterminato corpore. Unde ipsius perspicui essentia simplex (cuius substãtia nulla nisi perspicuum ⁊ lumen est) quasi centruz est: ⁊ quasi fons essentialiter constituens omnẽ colorem per sui diffusionem: ⁊ dixerunt in omni natura que absoluta est ꝙ intellectus prime cause ⁊ extremitas eius ad hoc vel illud. Et illa extremitas eius nihil aliud est nisi intellectus prime cause ⁊ lumen eius: lz fm esse differat. Esse eniz intellecto prime cause adest ⁊ aliud est extremitatis eius q̃ proxima est effectui ipsius: ⁊ illa extremitas intellectus prime cause prout se diffundit in hoc vel illo fons est ⁊ centruz constitutionis specierum. Unde forma prius est prout extremitas luminis ꝑme cause quã sit in eo ꝙ formatur per ipsam. Sicut prius est participatuz fm se q̃ participatio eius in participante. Talis autez differẽtia extremitatum primo fecit differentiam formarum quas Plato ideas vocauit. Sicut eniz in coloribus si extremitas constituens colores referatur ad primuz illuminans indifferens est ⁊ vnite sunt in primo illuminante omnes extremitates ⁊ imateriales ⁊ imobiles ⁊ purissime ⁊ sincerissime: ita extremitates primi intellectuz qui largitur omnes formas si referãtur ad ipsuz intellectuz: vnite sũt ⁊ imateriales ⁊ simplices ⁊ pure ⁊ imobiles. Si autẽ ad res referãtur in quibus diffunditur fm esse multiplices sunt differẽtes: materiales: ipuritatibus permixte: ⁊ mobiles. ¶ Aliud exempluz de hoc dederunt in lineis mathematicis protractis ab vno centro: he enim omnes essentialiter fluxu centri cõstituunt: sicut lumen cause prime fluit in effectum ⁊ forme constitutionem. Linee autẽ reducte ad centruz vnite sunt simplices ⁊ indistantes: effluentes autem quo plus effluunt vel distant ⁊ plus cõposite sunt: ⁊ plus materiales ⁊ mobiles. ¶ Tertiuz exẽplum dederunt qđ ⁊ nos ante induximus de quolibz pũcto polari sphere luminose a quo omnes linee radiales egrediuntur ad cinguluz sphere pyramidaliter: ⁊ quo plus accedunt ad cingulum sphere plus distant ⁊ materiales sunt ⁊ plus luminose: quo plus autez recolliguntur ad poluz plus sincere sũt ⁊ plus vnite ⁊ plus imateriales. Hoc igitur modo Plato posuit formas quas per se esse dixit: eo ꝙ vidit totum opus nature esse opus intelligẽtie: nisi per diffusionez intelligẽtie in ipso: nec diffundi posse intelligentiam. nec esse opus intelligẽtie nisi per lumen intellectuale qđ est in ipsa. Ut autẽ diffunditur sic aliquando necesse est esse in extremo diffusionis. In extremo autẽ propriuz est: quia in extremo tangit in quo diffunditur: q̃uis in ipso extremo nihil aliud sit nisi lumẽ intellectus primi: nec hoc dicebat Plato ꝙ intelligeret distantiam loci esse ⁊ inter intellectuz primi ⁊ causata ab ipso. Sed quia distantia cause est qđ negari non potest: ⁊ hinc est ꝙ in fine Thimei dicit̃ de paterno intellectu ⁊ prole paterni intellectus. Que est extremitas luminis paterni intellectus ad reruz cõstitutionem: ⁊ hinc est ꝙ in 2° Thimei dicit̃. ꝙ mundus ideo mũdus dicit̃: quia a mundissimo procedit exẽplari, qđ exemplar Archytipus mũdus vocatur. ⁊ Boetius in cõsolatione phie. Mundum mente gerens, pulchruz pulcherrimus ipse. Similiqz imagine formans: ⁊ hoc est qđ dixit. asinum esse ex asino: ⁊ hominem ex homine: ⁊ hoc vocauit vniuersale ante rez: ⁊ ideo etiam Arist. in 7° phie prime dicit esse hominem ex homine, ⁊ capram ex capra, sicut domuz ex domo, ⁊ sanitatem ex sanitate: sic ergo dixit esse, per se vitam, per se sensum, per se intellectuz, per se bonum ⁊ quodlibet aliud ⁊ ex quodam edusio: idest sigillo percipitur in participãtibus. Tale autez bonuz greci pro nomine discretiuo significabant astu, ꝙ latine sonat: ipsuz: dicentes astu agathon: hoc est: ipsuz bonũ: qđ ꝑme nature bonitatis nihil habet admixtum. Quidam enim posterioruz articulo ꝑposito significabant dicentes coagathon: ⁊ articulus discretiuus est sicut ⁊ pronomen. idem enim est coagathon ꝙ astu agathon. Succedentes autẽ his stoici coagathon dicebant per synalimphaz. Uocalis autẽ post vocalẽ cõtinue posita ex multo sono pronuntiationem facit difficilem. Et ideo voluerũt ꝙ prima vocalis synalimpham pateretur.

Marginalia: Tribus rõnibus pbatur ꝙ ad moralẽ ptinet de delectatione tractare. — p̄a ratio — 2a ratio — 3a ratio — B — Per se bonũ fm antiquos. — Plato — Idearuz positio. — Mũdus q̃re dicatur. — Boetius — Stoici

pateretur. Participatiue autẽ bonũ dixerũt in quo illud bonũ separatũ diffundit̃ ad esse specialis boni. Dicebãt iteruꝫ bonũ esse ꝑ se qđ per sui substãtiã ⁊ rõnem diffinitiuam bonũ est: ⁊ ad hoc dixerunt opponi ad bonuꝫ per accidẽs. Bonũ aũt h̃ modo est omnis honesti pars. Similr̃ omne qđ in substãtia sua nihil habꝫ nisi bonũ sicut est: vita: substãtia: ens: ⁊ itellectus: ⁊ omnia huiꝰ. Per accidens autẽ bonũ qđ per accidẽs a deo efficitur vel videtur bonũ cũ non sit: sicut est comestio carbonuꝫ: vel cõcubitus fornicatoꝝ: ⁊ quodlibet aliud qđ ꝑ habitũ accidentalẽ inductũ bonum efficit̃ vel videt̃. ¶ Tertio modo dicebat bonũ per se finale bonũ in quolibꝫ genere qđ ad vlteriorem finẽ non refertur: ⁊ huic opponit̃ ad aliud finite bonum sicut diximus felicitatẽ ꝑ se bonum ⁊ diuitias ꝓpter aliud eẽ bonum.

Opinio antiquoꝝ de delectatione.

¶ His sic prelibatis sciendũ ꝙ cõtentio erat apud antiquos vtruꝫ delectatio esset per se bonum ſm primã intentionẽ boni ꝑ se: ⁊ ideo quidã dicebant ꝙ esset bonũ ꝑ se: quidam aũt ꝙ nõ. Erat etiã cõtentio vtrũ delectatio esset bonuꝫ ſm scđam intẽtionẽ ꝑ se boni: ⁊ quidã dicebant ꝙ esset quidẽ ꝑ se bonum: quidam aũt ꝙ esset prauuꝫ. Et tertio etiã ꝯtẽtio fuit ⁊ quidã dicebant ꝙ esset finale bonũ vt Eudoxus: quidã autẽ ꝙ nõ: sed esset via in bonũ sicut Plato. Quidã vͦo in aliam viam diuerterunt cõsentientes ꝙ esset quidẽ ꝑ se bonuꝫ in prima ⁊ in scđa intẽtione boni ꝑ se: sed tñ esset nociuuꝫ homini tẽdẽti ad virtutẽ. Multa eniꝫ ꝑ se bona nociua: tñ alicui sicut philosophari ꝑ se bonũ est. Nociuuꝫ tñ volenti ditari: est enim impeditiuũ acquisitionis diuitiaꝝ.

Eudoxus
Plato

¶ Ex omnibus igit̃ inductis pꝫ ꝙ quidã antiquoꝝ delectationẽ dicunt per se bonũ: quidã aũt econtrario dicunt eam esse valde prauã. Et hoꝝ qui dicunt valde prauum esse delectationẽ: quidam dicunt hoc: q2 forte sic persuasi sunt. Quidam autẽ dicũt hoc ꝙ nõ ꝑsuasi sint ꝙ ꝑ se praue sint: sed q2 existimant ꝙ melius ⁊ vtilius sit ad ꝯuersationẽ vite ꝙ enũciet̃ de delectatione ꝙ praua sit q̃ꝫ ꝙ bona: eo ꝙ multitudo cõmunius facile inclinat̃ ad ipsaꝫ ⁊ seruit delectationibus: ꝓpter qđ opꝫ vituperio delectationis hominẽ in cõtrarium ducere: sicut in tertio huius sciẽtie libro diximus, eos facere qui tortuosa lignoꝝ dirigunt. Sic eniꝫ ꝯtingit venire ad medium. Forte autẽ specialr̃ in moribus: h̃ nõ bene dicit̃ de his de quibus ꝑsuadere opꝫ de moribus. Et quoꝝ sermones sunt in passionibus ⁊ actionibus humanis minus credibiles ⁊ minus ꝑsuasibiles sunt sermones q̃ꝫ opera. Quãdo igit̃ dissonant sermones ab his que ſm sensuꝫ videmus ⁊ experimur cõtemnunt̃: ⁊ ꝯtemptis eis veruꝫ qđ erat in ipsis cõtemnitur: q2 veri esse non credunt̃. Si enim qui vituperat delectationes ⁊ dicit esse eas prauas vel nociuas: aliqñ visus est appetere ipsas ipso opere videt̃ inclinare ad delectationes appetẽdas. Ac si ois delectatio talis sit ꝙ appetibile bonũ sit: eo ꝙ apud vulgus cõmune nõ est determinatuꝫ: que delectatio sit appetibilis ⁊ que nõ.

Sermo dissonans experientie sensuum cõtemnitur.

Sermones ergo veri ⁊ ope cõprobati in moralibus non solum ad scire vtiles sunt: sed etiam ad totã cõuersationẽ vite. Quãdo enim cõueniunt cũ operibus: tunc credunt̃ a cõi multitudine: ⁊ eos qui intelligunt eos ꝑ opera ꝓuocant ad hoc ꝙ viuant ſm ipsos. Taliuꝫ enim sermones sufficientes sunt: ⁊ dictũ est sufficienter de his in 2º huius scientie libro. vbi diximus ꝙ quidam fugientes ad rõnẽ querunt philosophari: faciũt aũt operandoꝝ nihil, simile aliquid patientes laborantibus qui medicos quidem audiũt studiose ⁊ ꝑcepta medici nõ sequunt̃: ⁊ quẽadmodũ isti nũq̃ꝫ bñ habebũt corpus sic curati: ita illi nũq̃ꝫ bñ habebũt aiaꝫ sic philosophãtes. Hec ãt relinquant̃: ⁊ superueniamus his q̃ de delectatiõe nr̃a dcã sũt ab antiqs.

Sermones ope cõprobati ꝯducit ad cõuersationẽ.

¶ Capitulũ 2ᵐ. De opinione Eudoxi qui delectationem ꝑ se bonum esse dicebant.

A

EUdoxus igit̃ existimabat ꝙ delectatio esset ꝑ se bonũ ſm primam ꝑ se boni intẽtionẽ, ⁊ scđaꝫ, ⁊ tertiam: rationẽ accipiẽs ex hoc ꝙ vidit ꝙ oia desiderant ⁊ appetunt delectationeꝫ ⁊ rõnalia ⁊ irrõnalia. ¶ Hoc esse enim non potuit nisi ex duabus causis ꝯcurrẽtibus in vnum. Quaꝝ vna est ex parte desiderantiũ: altera aũt ex parte desiderabilis. Ex parte quidẽ desiderantiũ causa est ꝙ omnia desiderantia effectus sunt ⁊ imagines vel resonãtie primi itellectus. Resplẽdẽtia ergo primi intellectus in omnibus est que desiderium confert: ad intellectus bonuꝫ differenti mõ: sicut resplẽdẽtia primi intellectus differẽter participatur ab eis. Ex parte autẽ appetibilis rõ est ꝙ nihil appetit̃ nisi vt bonuꝫ. Omne aũt bonuꝫ a ꝑmo fontali bono deriuat̃ ⁊ resplẽdẽtia primi boni quod cẽtrum ⁊ fons est omniũ bonoꝝ differẽter refulget in oibus appetibilibus. Et refulgẽtia primi in ipsis rõ est qua appetibilia sũt: ⁊ hec est causa ꝙ dicit Phs ꝙ omnia appetunt diuinũ bonũ: ⁊ ꝓpter illud agũt quicq̃ꝫ agũt. In oibus igit̃ appetibilibus magis eligere est qđ est epyeykees siue superbonũ: ⁊ hoc est qđ primo bono ꝓpinquius est: ⁊ in eodẽ ordine maxime eligibile est inter bona id qđ potissimuꝫ est: ⁊ h̃ est primum qđ fons est alioꝝ. Omnia eniꝫ appetentia ⁊ appetibilia ad vnũ idẽ ferri ꝑ desiderium ⁊ desiderabilitatẽ nuntiat illud optimuꝫ esse ad qđ omnia sic referũtur. Unũquodq3 enim entiuꝫ ex rõne primi boni que refulget in omnibus q̃rit inuenire sibiipsi ꝓprium bonuꝫ: sicut ⁊ querit sibi inuenire ꝓprium cibũ. Quod igitur oibus est bonum: ⁊ ꝙ oia appetunt opꝫ ꝑ se bonũ esse. Delectatio aũt cũ sit ex ꝯiunctione cõuenientis cũ ꝯueniẽte est qđ oia appetunt: sicut omnia appetũt cõueniẽs. Delectatio igit̃ est ꝑ se bonuꝫ. Isti autẽ sermones Eudoxi credebant̃ ⁊ suscipiebant̃ ꝓpter moris virtuteꝫ que erat in Eudoxo magis q̃ꝫ ꝓpter seipsos. Nõ eniꝫ erat Eudoxus amicus delectationũ corporaliũ: sꝫ potius fugiebat eas. Non enim videbatur aliquid in Eudoxo (cuꝫ esset temperatissimus) ĩ quo differẽter se haberet ad suos sermones: sed hoc quod dixit: ſm virtutem sic se habere opere comprobauit.

Rõ q̃re Eudoxo maxie credebatur.

¶ Adhuc autẽ nõ minori persuasione existimabat delectationem per se bonum: manifestans ⁊ ꝓbans hoc ex cõtrario. Dixit enim tristitiam ſm seipsam omnibus fugiendam esse. Tristitia enim fit ex cõiunctione inconuenientis. Inconueniẽs autem fugit omne qđ est. Si autẽ vnum ꝯtrarioꝝ fugibile est alteruꝫ est eligibile in moribus: similitudine ergo accepta in opposito: sequitur ꝙ cõtrariuꝫ fugibili eligibile est ab oibus. Quod autẽ ab omnibus eligibile est: per se bonuꝫ est. Delectatio igitur est per se bonuꝫ. Est autẽ ⁊ maxime bonuꝫ ſm Eudoxum. Maxime enim eligibile est finaliter eligibile quod non ꝓpter alteruꝫ nec alterius gratia eligimus. Tale autem eligibile esse delectationẽ ab omnibus confessum est. Dicit eñ nulluꝫ ab aliquo interrogare: cuius gratia delectetur: eo ꝙ manifestuꝫ omnibus sit ꝙ delectatio ſm seipsam eligibilis est ⁊ appetibilis.

Rõ Eudoxi

¶ Adhuc autẽ tertio inducit ꝙ tale tali additum magis facit tale. Omnis enim pars compositi adauget compositũ: propter quod ꝑ se notum est totum esse maius parte. Delectatio autẽ apposita cuicũq3 bonoꝝ que ꝑ se sunt bona facere illud eligibilius: puta id qđ est iuste agere ꝑ se bonum est: ⁊ si apponatur eidẽ cum delectatione iusta agere melius est q̃ꝫ sine delectatione iuste agere. Similr̃ est per se bonuꝫ tẽperatum esse: ⁊ melius est tẽperatum esse

cum delectatione q̃ sine delectatione. Dixit etiã Eudoxus ꝙ nõ cõtingit augeri aliquid ex apposito nisi sibi apponatur. s. cõuenientes in forma ⁊ rõne cũ quid cui apponitur sic albũ albo: nigrũ nigro: ⁊ dulce dulci: ⁊ sic de alijs. Delectatio igit̃ apposita bono ꝑ se non augeret ꝑ se bonum nisi ⁊ ipsa ꝑ se bonum esset. Iste ergo sermo Eudoxi enũtiare videt̃ ꝙ delectatio sit de numero ꝑ se bonorũ: ita ꝙ nullũ alteꝝ ꝑ se bonoꝝ magis bonũ sit q̃ delectatio. Oẽ enĩ bonũ cũ altero eiusdẽ nãe ⁊ spẽi eligibilius sit q̃ solitariũ sine appositione acceptum.

Caplm 3m. Qualr Plato infirmauit rõnes Eudoxi.

A — Plato autem qui delectationẽ dixit nõ ꝑ se bonũ: ⁊ nõ esse finale bonũ: sed viam in ipsũ: Eudoxi rõnes infirmare conatur. Tali enim ratione quali Eudoxus ꝓbat delectationẽ ꝑ se bonũ esse Plato interimit dictũ Eudoxi ostẽdẽs ꝙ delectatio nõ est ꝑ se bonũ. Dicit enĩ ꝙ Eudoxus dixit. qd delectabilis vita eligibilior est cũ prudẽtia: siue prudẽtie adiuncta q̃ si prudẽs vita sit sine delectatione. Si admixtum ⁊ adiunctum sit cũ nihil separatũ sit miscibile. Sequitur ꝙ delectatio non sit ꝑ se bonũ. Similr̃ ꝑ subam bonũ nõ est miscibile alicui bonoꝝ: q2 quidditas vnius nõ miscetur quidditati alterius. Adhuc finale bonũ alteri finali bono non miscet̃: q2 non sunt duo fines: vnius eiusdẽ ꝓximi. Si ergo delectatio miscet̃ ad faciendum melius bonum sequit̃ delectationẽ non esse ꝑ se bonum. Nullo enim apposito ipsi ꝑ se bono ꝑ se bonum potest fieri eligibilius: sicut iam ꝓbatum est. Manifestum est igitur ꝙ nullum ꝑ se bonoꝝ: ꝑ se bonũ erit qd cũ alio aliquo qd est de numero bonoꝝ que sunt bona sm̃ seipsũ eligibilius fieri potest. Restat igitur q̃stio sicut prius quale bonum sit delectatio quã quo ad nos sm̃ humanã cõuersationẽ cõmunicamus. Tale enĩ bonũ q̃rit̃ a nobis eo qd separato bono non cõmunicant homines sm̃ humanam cõuersationẽ: eo ꝙ separatũ semꝑ in se equale est. Id aũt bonũ quo cõmunicamus valde differẽs est sm̃ oẽm differẽtiam hominũ non tale quale cõmunicamus q̃ritur a nobis: eo ꝙ actus ꝯuersationis humane circa particularia sunt: particulares aũt opationes circa bonũ particulare sunt ⁊ nõ circa bonũ separatũ. Hec igitur sunt que Plato inducit cõtra Eudoxũ. Et ideo dicit Plato ꝙ nõ est bonum ꝑ se quod omnia appetunt: instantiam ferens ex inductione ꝙ vnũq̃odq3 appetit bonum sibi. Bonũ autẽ sibi non est ꝑ se: sed tamẽ cõtra Platonicos est ꝙ instantes cõtra hanc cõmunẽ animi cõceptionẽ ꝙ bonũ est: qd omnia appetunt: cõtradictoriã cõcedẽtes ꝙ non bonum est ꝙ omnia appetunt penitus nihil dicũt eo qd dicta eoꝝ factis omniũ discordant. Generalr̃ enim veꝝ est ꝙ omnibus videt̃: hoc enim oẽs dicimus esse veꝝ dicẽte Boetio ꝙ cõis animi cõceptio est quã quisq3 ꝓbat auditam. Interimens ergo hanc fidẽ q̃ omnes probant omnino siue nullo modo põt aliqd credibilius dicere. Si enĩ diceret ꝙ non sunt ꝑ se bona que ea appetũt que sunt sine intellectu esse: tũc aliquid posset dicere. Sine intellectu enĩ appetunt qui rõnẽ intellectus in appetibilibus non sequunt̃. Et tales aliqñ appetunt ꝙ non bonũ esse videtur: sapientibus ⁊ iudicantibus sm̃ intellectum. Si autem dicit non esse per se bonum ꝙ appetẽdum iudicant hi qui sapiunt ⁊ intellectus iudicium sequunt̃ q̃liter posset esse ꝙ talis aliquid verum diceret? Sapiens enim sm̃ intellectum iudicans ꝑ se bonũ non iudicat ⁊ eligibile: nisi qd ꝑ se bonũ ⁊ eligibile est: tamẽ forte etiã in prauis ⁊ appetentibus ⁊ appetibilibus est aliqd nãle bonum. Naturale autẽ dicitũ a natura ꝓfundẽte bonum

Nõ oibus vr̃ gñalr̃ veꝝ ẽ.

qd est melius q̃ ea bona sint que dicunt̃ a Platone sm̃ seipsa bona: sm̃ qd dicit ꝙ vnũquodq3 appetit ꝓprium bonum: hoc autẽ bonũ refulgẽtia primi boni est in quolibet, vt diximus. Plato enim dicebat delectationem nõ esse sm̃ seipsum bonum: sed omne quoddam bonum qd ꝓprium est vnicuiq3 ex repletione proprie indigentie: in hoc ꝙ repletur in his que sibi sm̃ naturam conueniunt.

Plato

Adhuc aũt Platoni ꝙ non videtur ꝙ bonũ dicatur ꝙ Eudoxus de cõtrario inducit. Dicunt enim Platonici ⁊ in hoc verũ dicunt ꝙ non sequit̃ si tristitia malum est ꝙ delectatio bonum sit. Dicunt enim ꝙ contingit malũ malo opponi sicut sensibilitas intẽperantie: ⁊ timiditas audacie: ⁊ ambo hec mala cõtingit opponi ei qd neutrũ est. s. nec bono nec malo qd indifferẽs vocamus. Et in B non male dicunt quantũ ad formam cõsequentie: tamẽ quantũ ad materiã in moralibus his que dicta sunt non verum dicunt. In omnibus enĩ moralibus quãdo ambo opposita mala sunt ambo opꝫ esse fugiẽda: ⁊ si neutrum vel indifferens est opꝫ ꝙ neutrum illi conueniat vel sm̃ vnam similitudinẽ ambo. Aut enim sequitur ꝙ nec fugiendum sit nec appetendũ: vel ꝙ equalr̃ fugiendũ sit ⁊ appetendũ. Sed delectationẽ omnia eligunt vt bonũ: tristitiam aũt omnia fugiunt vt malũ. Sequitur igit̃ ꝙ tristitia ⁊ delectatio opponunt̃ vt bonum ⁊ malũ quod Plato negauit. Plato tamẽ quãdo ꝑ se bonũ dixit bonũ separatum ⁊ nõ miscibile alteri cum quo ipsũ efficeret̃ melius (vt quidam dicũt) intellexit hoc sm̃ ꝓportionẽ: eo ꝙ nihil bonoꝝ materialium ꝓportionale est bono separato. Et si quid taliũ bonoꝝ adderet̃ ei esset sicut additio puncti ad cõtinuum. Et ponunt exemplum. sicut si millesima milij ad totũ pondus terre cũ mõtibus ⁊ maribus adderet̃. Propter qd dixit bonũ sepatũ nulli bonoꝝ mãliũ miscibile est: vt melius fiat.

B

Tristitia ⁊ delectatio opponuntur.

Caplm 4m. De instantijs contra rõnes Platonis quibus ꝓbat delectationẽ nõ esse ꝑ se bonum.

A — Rationum autẽ Platonis quibus probabat delectationẽ non esse ꝑ se bonum. Prima talis fuit. omne ꝑ se bonum qualitas. Nulla delectatio qualitas: ergo nulla delectatio ꝑ se bonum. Hoc enim sequi non videt̃. Non enim sequitur ꝙ si delectatio nõ est de numero qualitatũ ꝙ non sit de numero ꝑ se bonoꝝ. Qualitatẽ autẽ dicimus sm̃ q̃ quales dicimur. Omnia enim que in predicamẽto qualitatis cõtinentur in vna quatuor specieꝝ qualitatis inueniuntur. Multa autem bona sunt que ad quatuor species qualitatis reduci non possunt. Omnia enim talia vel simplr̃ dicunt quale: vel dicunt quale quid. Dico autẽ simplr̃ dicere quale que subiectũ circa qd sit qualitas non determinant. Quale quid aũt que subiectum determinant in sui diffinitione ⁊ rõne: sicut symus ⁊ gibbus. Est enim symus curuitas nasi: gibbus autẽ curuitas dorsi. Tale autẽ subiectũ non determinant album vel nigrum. Multa autem ꝑ se bona que nullo modo determinãt quale: sicut virtutum operationes que non qualitates sunt: sed actiones ⁊ motiones virtuosi: ⁊ hec est actio ꝑfecti in actu existentis: sicut ⁊ felicitas opatio est sm̃ ꝑfectam animi virtutem: nec tamen dicit quale sm̃ aliquã speciem qualitatis: sed quale quid. Attendendum enim ꝙ aliud est qualitas sm̃ quã quales dicimur, ⁊ aliud quid qualitatis, ⁊ aliud quale quid, ⁊ aliud quale. Qualitas enim simplex forma qualitatis est. Quid autẽ qualitatis modus predicandi substãnalis in q̃litatibus. Sicut Aristo. docet in ꝑ topicoꝝ. ꝙ si quis albedine posita dixerit qd positũ est colorem esse quid est dicit ⁊ quale significat. Quale autẽ

p[a] ratio

Quatuor rõnes Platonis ꝙ delectatio non sit de gñe bonoꝝ.

Qualitas ⁊ qd q̃litatis ⁊ q̃le ⁊ q̃le qd differunt.

Aristo.

in qualitate

in qualitate habet infinitum subiectum. Quale quid aūt ꝙ ſm suam qualitatē determinat sibi subiectū: extra qḋ qualitas eius non inuenitur sicut diximus de symo ⁊ gibbo. ¶ Scḋa rō Platonis fuit ꝙ dicebat ꝙ omne per se bonum determinatum est. Nulla delectatio determinatum est: ergo nulla delectatio p se bonum. Qꝛ autē nulla delectatio determinatuꝫ quid sit: sic probabat. Nullum determinatum magis ⁊ minus recipit. Attigit enim terminum essentie sue: in quo stat nec vltra progreditur nec citra inuenitur: omnis autē delectatio recipit magis ⁊ minus. Ergo nulla delectatio determinatuꝫ. Hoc autē ideo dicebat: quia dicebat delectationem esse motuꝫ put motus edelechia est mobilis, ſm ꝙ mobile est. Edelechia autē tale continue plus ⁊ plus accipit terminum ad quē: ⁊ cōtinue abiicit terminum a quo. Semper ergo remittitur in termino a quo: ⁊ intēditur in termino ad quem ⁊ nunq̄ est in actu stante. Nunq̄ ergo est determinatum. Nihil enim est determinatuꝫ nisi ꝙ p actuꝫ stantem determinatum est. hoc enim totuꝫ simul est. Qꝛ aūt in motu est nunq̄ totum simul est: sed semper in accipiendo ⁊ abiiciendo. Hec autē rō Platonis non pcedit: ⁊ hoc dupliciter ꝯsideratᷓ. s. in delectari quod est actus delectātis ⁊ in ipsa delectatione. Si eniꝫ iudicant Platonici ꝙ delectari ſm ꝙ est actus delectantis non est totum simul: sed cōtinua successio ⁊ motus: tunc idem dꝫ iudicare circa iustitiam ⁊ alias virtutes ſm quas etiam ipsi aiunt manifestū esse ꝙ iusti ⁊ virtuosi in operando iusta ⁊ virtuosa magis ⁊ minus quales sunt. Sicut enim delectari actus delectantis est: ita (vt fingi liceat) iustare ⁊ virtuare actus sūt iusti ⁊ virtuosi: ⁊ de talibus tunc actibus virtutum idem iudiciuꝫ erit. Iusti enī ſm iustitie opera magis ⁊ minus iusti sunt: ⁊ fortes ſm fortitudinis opera magis ⁊ minus fortes. Contingit enim ſm habituꝫ iustitie pfectum iuste agere magis ⁊ minus: ⁊ ſm habitum etiam tēperantie perfectū cōtingit tēperata agere magis ⁊ minus. Sequitᷓ ergo ꝙ tēperantia ⁊ iustitia ⁊ alie virtutes nō sunt determinatum aliquid ſm Platonē qḋ tñ Plato non dixit. quare cogeretᷓ cōcedere ꝙ tēperantia ⁊ iustitia non essent p se bonū. Si autē in ipsa delectatione cōsideratio fiat: tunc forte nō dicunt veram causam pꝑter quā delectatio nō sit quid determinatū. Maxime si supponamus cum Platone ꝙ quedam formaꝝ sunt immixte ⁊ separate. Quedam autē mixte cum subiecto ⁊ participante. Queramus enim a Platone quid phibet delectationem separatam esse determinatū, ꝙ quēadmoduꝫ sanitas separata determinatuꝫ qḋ est: q̄uis sanitas mixta subiecto ſm esse cōcreti recipiat magis ⁊ minus. Remissa eniꝫ vel intensa cōmensuratione complexionis necesse est sanitatem ſm esse sani remitti ⁊ intendi. Non eniꝫ semper eadē mēsuratio cōplexionis est in omnibus hominibus ⁊ aīalibus: nec in eodē homine vna quedā semper cōmensuratio: sed pmanet aliquādo remissa ſm aliquid ⁊ intensa ſm aliquid. Differt ergo semper in magis ⁊ in minus. Cuꝫ tamē sanitas abstracta qd sit determinatum: silr ergo ⁊ delectatio separata determinatum quid si est: pōt esse totuꝫ simul q̄uis delectari recipiat magis ⁊ minus. ¶ Qḋ autē hoc melius intelligatur scire opꝫ ꝙ motus est actus mouentis ⁊ actus mobilis: ⁊ ſm ꝙ est actus mouentis actus pfectus est: non successiue de potētia veniēs in actum: sed totus simul. Nihil enim influit motor posterius ꝙ nō influxerit prius: sicut patet de luce que essentiali suo actu totum influit simul ⁊ non partē post partem: ⁊ in tota motus successione simul totū actū suuꝫ motor influit ī mobile: q̄uis mobile non nisi p successionē recipiat. Cum ergo opatio casti, iusti, temperati, virtuosi sit vt motus mouētis: ⁊ similr delectari in delectante sit vt motus mouentis: sequitᷓ qḋ non aliter est in determinatum esse ⁊ in delectari ⁊ in delectatum iri: sed totuꝫ simul vt in vno: ita ⁊ in alio. Est enim operatio delectantis ⁊ nō passio, vel edelechia existentis in potentia ad delectationeꝫ. ¶ Tertia rō Platonis fuit syllogizatus in scḋa figura. Dicit enim ꝙ omne p se bonum perfectum nulla delectatio pfectum: ergo nulla delectatio per se bonum. Qꝛ autem delectatio non sit perfectum ex hoc probabat, ꝙ nulla motio siue motus, ⁊ nulla generatio est quid perfectum. Sunt enim vie ad perfectum. Via autem terminus non est. Perfectuꝫ autē in termino est: via auteꝫ est que continue pcedit de imperfecto ad perfectum: ⁊ per hanc rōnē Plato temptat enuntiare ꝙ delectatio motio ⁊ generatio quedam sit: hoc autem nō bene dictum esse videtur. Omni enim motui ⁊ generationi proprie cōuenit velocitas ⁊ tarditas: q̄uis alicui motui nihil conueniat ſm seipsum: tamē conuenit ei si ad aliud comparetur. Sicut est in motu vniuersi siue mundi, qui vocatᷓ motus diurnus pmi mobilis: q q̄uis in oībus partibus primi mobilis vniformis ⁊ regularis sit: (et ideo aplanes grece vocatur. i. sine errore.) tamē comparatus ad curuitatem zodiaci: ⁊ curuitatem orientis: ⁊ curuitates circuloꝛuꝫ planetaruꝫ: quoꝝ motus planes est: hoc est erraticus: stelle dicuntur meridiane: ⁊ in motu aplanes velocioꝛes q̄ꝫ stelle aquilonares. Velox enim diuidit tempus. Et in eodē tēpoꝛe in quo stella aquilonaris ſm motum aplanes perficit arcum minoꝛem stella meridiana perficit multo maioꝛem. Inequali ergo tempoꝛe perficiens maioꝛem in parte eiusdē tempoꝛis perficit equalem. Hoc autem delectationi non conuenit put est actus delectantis. Diximus enim ꝙ sic totus simul est: nec ſm magnitudinem: nec ſm tēpus diuisibilis. ¶ Et si aliquis obiiciat ꝙ aliqui velocius delectantur q̄ꝫ alii. hoc nō est nisi p accidens. s. ꝙ magis dispositi sunt ad delectanduꝫ q̄ꝫ alii: quemadmoduꝫ aliquē dicimus velocius iratum esse: eo ꝙ magis dispositus est ad iram. Delectari autem ipsuꝫ qḋ est operatio delectantis: nec in se nec ad alteruꝫ tardi vel velocis recipit diuisionem. Sed ire siue ambulare ⁊ augeri ⁊ omnia talia que dicunt motum prout est edelechia mobilis velocitatem recipiunt ⁊ tarditatem. Contingit ergo aliquē tardius ⁊ velocius ſm dispositionem subiecti transponi in delectationeꝫ: sed operari ſm delectationem velociter ⁊ tarde non contingit. Dico autē operari ſm delectationem delectari ſm ꝙ delectari est actus delectantis: sicut lucere est actus lucis. ¶ Quarta ratio Platonis sumebatᷓ ex hoc ꝙ dicebat delectationē gnationē esse, ſm ꝙ gnatio est aggeneratio eoꝝ que ꝯstituūt nāᷓm: sicut dicimus esse nutrimentū vel augmentū: quoꝝ vnū aggenerat membroꝝ substantiaꝫ: aliud auteꝫ quātitatē. Arguebat āt sic. Nihil fluēs ad pfectū pfectuꝫ est: deest enim ei vltimuꝫ qḋ perficit. Delectatio aūt fluxus est ad perfectuꝫ: quia. s. naturam constituit. Delectatio igitur imperfecta est: ⁊ imperfectū: nihil autem taliuꝫ per se bonum. Delectatio igitur per se bonuꝫ non est. Qꝛ auteꝫ disputatio contra hoc intelligatur: scire oportet ꝙ sicut determinatur in scḋo physicoꝛuꝫ. Nā triplex dicitᷓ forma. s. que simpliciter natura est. Materia in qua inchoatio nature est. Et generatio que via inchoate nature in naturam est continue accipiens naturam ⁊ exiens de potentia inchoationis ad perfectum. Queramus ergo a Platone qualiter generatio delectatio sit. Scḋm enī viā gnationis non videtᷓ quodcūqꝫ generatū ex quocūqꝫ vt materia fieri: sed fit ex eo pꝑrie in qḋ dissoluitur p corruptionem: sicut plante fiunt ex terra cōmixta mouente

2ª ratio

Cōtra secūdā rationem.

B

Motus quo ē totus simul ⁊ successiue

3ª ratio

Cōtra tertiā rōnem.

Obiectio

Responsio

4ª ratio

T. cō. 80. Natura est triplex.

Cōtra quartā rationem.

lumine solis: ⁊ idolum Esculapij ex ere sit mouente arte statuaria. Si ergo generatio est delectatio tūc delectatus resoluitur in id qđ post delectationē ex quo incepit motus delectationis: hoc autē falsissimū est. Si enim delectatio est motus impletionis: vt dicebat Plato. Motus autē omnis terminatur ad motū esse / delectatio motus terminaret̃ adimpletū esse. Incepit autē ab eo qđ est vacuū esse: ergo resoluta delectatione in impletū esse sequeretur ꝙ impletū esse esset vacuū esse. ¶ Adhuc ꝯtrariorū generatio cōtraria est. Cuiuscūqȝ igit̃ delectatio est generatio ipsius tristitia eiusdē erit corruptio. Corruptio āt delectationis est in impletū esse: sicut omnis motus corruptio est in motū esse. Sequit̃ igit̃ ꝙ impletū esse sit tristitiam esse quod valde absurdum est. Delectatio igitur in impletione non est nisi vt veniat adimpletū esse. ¶ Amplius Platonici dicūt tristitiam esse defectū quidē ſm naturā. Dicūt enim ꝙ tristitia ex hoc causatur ꝙ deficit hoc qđ ſm naturā inesse debuit: sicut est in vacuitate membroꝝ nutrimento indigentiū. Delectationem autē per oppositū dicunt esse repletionē: ⁊ in sumptionē eoꝝ que naturā cōstituunt ⁊ restituūt: hec aūt corporales passiones sūt. Si ergo delectatio est repletio eius qđ ſm naturā: sequit̃ ꝙ nihil delectat̃ nisi in quo est talis repletio. Nihil ergo delectabit̃ nisi corpus. Hoc aūt videt̃ nō esse verū. Multe enim sunt aīales ⁊ intellectuales delectationes. Nō ergo vniuersalr̃ delectatio repletio est: sed hoc verū est ꝙ facta iam repletione ⁊ ꝯstituta natura ⁊ perfecta delectabit̃ aliquis: q2 tunc ſm naturā ꝓpriam ⁊ perfectam hȝ operationē ⁊ incisus vel precisus a ꝑfecte nature cōstitutione tristabit̃. Hec autē Platonis opinio ortum habuisse videt̃ ex his delectationibus ⁊ tristitijs que sunt circa cibū ⁊ cibi suppositionē. Quādo enī aliqui fiunt indigentes valde euacuatis vasis nature: ⁊ ex hoc tristatos esse / hos ꝯtingit delectari repletione ⁊ ī sumptione repletiui. Hoc aūt nō accidit circa oēs delectationes. Quia delectationes que sunt a ꝯsideratione theorematū mathematicoꝝ sine tristitia sunt: eo ꝙ illa delectatio nihil habet oppositū. Similr̃ delectationes operationū eaꝝ que ſm sensus vt ſm visum ⁊ per olfatum ⁊ ſm auditiones / ⁊ multe que sunt memorie preteritoꝝ ⁊ spes futuroꝝ non posset cōuenienter assignari: cuius repletionis essent generationes. Nullus enim defectus factus est de talibus per ꝑditionē substātie: cuius per delectationē fiat repletio ⁊ restitutio: falsum est igit̃ ꝙ delectatio ſm seipsam sit generatio repletionis.

Plato

¶ Capl̃m 5m. Responsio ad rationes eoꝝ qui ꝓbant delectationes ſm se non esse bonum.

A

Lamiaꝝ delectatio.

Ad eos autem qui ꝓferebant ꝓbrosissimas delectationes: vt ex his ꝓbarent delectationē ſm se nō esse bonum multiplr̃ respondemus: ꝯtingit ꝓbrosissimas enim delectationes lamiaꝝ esse dixerunt. Lamie enī in Lydia dominātes in hoc delectari dicit̃: ꝙ ꝓgnātes rescindūt ⁊ muliebria cruda cū fecūdinis deuorāt. Et sicut est in cōcubitu epheboꝝ quē quidam aedipticas vocant: eo ꝙ apud aedyppam ꝑmū hoc nephorium vitiū inuentū sit. Dicunt igit̃ ꝙ si oīs delectatio ꝑ se bonū sit: sequet̃ tales delectationes esse bonas ꝑ se. Sed ad hec cōuenienter respōdet̃ ꝙ talia ſm se ⁊ ſm naturā nō sunt delectabilia. Nō enim existimandū est illa eē delectabilia simplr̃ que male dispositis ſm vitiosam naturā vel cōsuetudinē delectabilia sunt: tn̄ alia delectabilia sūt vel sic dispositis. Quēadmodū neqȝ existimandum est illa esse simplr̃ sana / vel simplr̃ dulcia / vel simplr̃ amara / que laborantibus infirmis in aliqua infirmitate sana vel dulcia vel amara esse vident̃. Quemadmodū neqȝ alba simplr̃ dicunt̃ que patiētibus obthalmiā vel lippis alba esse vident̃. Obthalmia enī apostema oculoꝝ est in quo corruptus humor fluit in oculum: in quo humore diffusus color alterius speciei esse videt̃ ꝙ sit in visibili. Sic etiā male dispositis cōuenientia esse vident̃ que simplr̃ sunt valde icōueniētia. ¶ Aliter etiā dici pōt ꝙ .s. delectationes ſm se quidē eligibiles sunt ⁊ bone: sed tn̄ ſm ꝙ sunt facta ab his que ꝓbrosa sunt: nec eligibiles nec bone sunt. Quēadmodū ⁊ ditari ſm se bonū est ⁊ eligibile a ꝓditione autē ditari: nec bonū nec eligibile est. Et sanū esse ſm se bonū ⁊ eligibile est: non tn̄ bonū ⁊ eligibile est sanari a quacūqȝ comestione: sicut si diceret̃ aliquis sanari a comestione cordiū humanoꝝ. ¶ Tertio pōt dici ꝙ delectationes spē differūt ſm spēs delectabiliū: ⁊ sic altere sunt spēs delectationū que sunt a bonis ⁊ laudabilibus delectabilibus ab his que sunt a turpibus ⁊ probrosis. Et sic ille qui nō est iustus delectatione qua delectatur iustus: eo ꝙ iustus ꝑ habitū iustitie ad bona dispositus est: ⁊ sic sibi cōuenientia non sunt nisi iusta. Iniusto aūt per oppositū cōueniūt nisi probrosa. Et eodem modo delectatione qua musicus delectat̃ nō cōtingit delectari non musicū. Nō musicū enim cōtingit delectari aliquādo in nō regulari cantu ī quo tristat̃ musicus. Similr̃ aūt est in oībus alijs. Unusquisqȝ enī delectat̃ in hoc qđ sibi cōueniēs est ſm habitū. Hoc aūt manifestare videt̃ differētia amici ⁊ adulatoris. In hoc enī manifeste ꝑcipit̃ ꝙ diuerse sūt specie delectationes: ⁊ bone sunt que sunt a bonis / ⁊ praue que a prauis / ⁊ neutre q̄ a neutris. Delectatio enī in his est a colloquutiōe vel maxime. Amicus autē si vere ſm virtutē amicus sit nō colloquit̃ nisi ad bonū virtutis. Adulator aūt semper colloquit̃ ad delectationē audientis: ꝓpter qđ adulator vituperat̃: amicū autē laudant: eo ꝙ nō ad altera nisi ad bona honesta colloquit̃: ꝓpter qđ etiā si contingat q̄nqȝ turbari sed paꝝ audiētē: nihilominus colloquit̃ ea per que reducit ad virtutē. ¶ Adhuc ꝙ diuerse spēs delectationū sint mōstrat pueroꝝ delectatio. Nullus enim mentē sanā habēs eligeret viuere pueri / vt ꝑ vite ꝯuersationē delectaret̃ in his in q̄bus pueri delectant̃ ⁊ in q̄bus pueri maxime existimant delectandū: sicut in sphera ⁊ lechito vel equitatione baculi subiecti. ¶ Adhuc āt nullus sanā mentē habēs delectat̃ faciens aliud turpissimoꝝ ⁊ si existimat ꝙ nequaq̄ debet tristari ⁊ tristabilia elige ad vitā. ¶ Adhuc aūt ꝙ delectatio que generatio est ⁊ motus: sicut diximus in 7° medicina est indigētis nature nō sit bonū qđ querit̃ in vita. Ex h̄ manifestat̃ ꝙ si ponamus ꝙ quedā nullam inferant delectationem talē que sit passio ⁊ endelechia delectantis: adhuc aūt circa multa taliū studiū faceremus in vita: puta videre recordare scire ⁊ v̄tutes generalr̃ in agere habere. Et si q̄s instet dicens ꝙ talibus operationibus ex necessitate sequitur delectationes: nihil differt ac si non inferrent. Ponamus enī ꝙ delectationes nō fiāt a talib⁹ adhuc nihilominus studeremus ad illoꝝ operationes. In tenebris enim existētes. In quibus nulla visibilis affert̃ delectatio / nihilominus studeremus apire oculos ⁊ exercere ad visū ſm actum ⁊ operationem. Ex inductis igitur manifestū est ꝙ non omnis delectatio que passio est indigentis nature per se bonū est: nec omnis delectatio talis eligibilis est. Manifestum etiam videtur esse ꝙ quedam delectationes sunt eligibiles ſm seipsas ⁊ ille specie differētes sūt: saltim intantū inquātū differunt ea a quibus sunt. Hec igit̃ que ab amicis de delectatione ⁊ tristitia dicta sunt: ⁊ qualr̃ ridet̃ rōnibus eoꝝ sufficiēter dictum est.

Obthalmia quid sit.

2ª rnsio

3ª rnsio

B

Adulatoris delectatio ab amici differt delectatione.

¶ Capl'm 6m. Quid sit delectatio ſm virtutem.

A

Quid autem per diffinitionem ſit delectatio/vel ſi nõ poteſt determinari vt quid: tunc oportet ꝙ determi netur vt quale quid: ſicut eſt de termino paſſionis que in diffinitione determinatum continet ſubiectum: ſicut in precedentibus diximus. Et hoc manifeſtum fiet ſi a principio reſumantur que iam in ꝓhabitis dicta ſunt: ⁊ maxime de his que probatū eſt motum ⁊ mutationem ⁊ generationem non eſſe. Ex his eniꝫ perſpicue videtur ꝙ viſio que eſt actus primi viſiui diffuſus in oculuꝫ videntem perfectum: ꝙ eſt ſm qdcūqꝫ tempus ⁊ nihil habet immixtum de potentia: talis enim viſio non eſt indigens aliquo qd in poſteriori tempore adueniat: ⁊ vt finis motus perficiat ſpeciem ipſius: ſicut eſt in omni motu ⁊ mutatione: ⁊ tale aliquid videt̃ eſſe delectatio. Delectatio enim quoddam totum eſt prout eſt actus delectantis: ⁊ ſm nullum tempus vel partem temporis aliquid fit delectationis qd in pluri tempore vel termino temporis ad ſpeciem delectationis perficiatur: propter qd ſequitur ꝙ delectatio motus nõ eſt.

Delectatio nõ eſt motus aut gñatio.

B

Motus enim forma poſt formam eſt vel vbi poſt vbi: ⁊ continuus exitus de potentia in actum ⁊ in actu ſequente ſemper ꝑficitur potentia precedens. Omnis enim motus in tempore eſt: ⁊ omnis eſt motus alicuius finalis forme: in qua motus eſt in motuꝫ eſſe ⁊ imperfectuꝫ eſſe: ſicut in tertio etiam phyſicoꝝ determinatum eſt. Vbi grã. edificatiua prout eſt motus in edificabilibus exiſtens perfecta eſt: cum perficit qd appetit: ⁊ hoc eſt in omni tempore continuo terminato ad edificatum eſſe. In partibus autem illius temporis omnes partiales edificationes imperfecte ſunt ⁊ altere ſpecie adinuicem ⁊ a tota edificatione: que in vltimo completa eſt ſicut quedam partialis edificatio eſt lapidis compoſitio: ⁊ quedam partialis eſt columne ad modum virge erectio: ⁊ lapiduꝫ compoſitio a columne vergatione altera ſpecie eſt ⁊ lapidū compoſitio ad baſem ad vergationem columne potentia eſt: ⁊ he due edificationes ſpecie differunt a templi edificatione ſiue a templi perfectione: ⁊ ſunt in potentia ad illam. Templi autem perfectio edificatio perfecta eſt: in quo edificatio edificatuꝫ eſſe ita eſt: nullo vlterius adueniente indigens ad propoſitum templum edificandum. Edificatio autem fundamenti ⁊ edificatio triſculpti ſi forte columne triſculpte ſunt imperfecte ſunt edificationes ⁊ imperfecti. Sunt enim edificationes partis totius templi: differunt igitur ſpecie abinuicem ⁊ a toto: ⁊ etiam ipſam edificationem non contingit accipere vt motum perfectum ſm perfectam ſpeciem edificationis: in quocunqꝫ tempore terminato ad vltimum ⁊ nũc edificationis. Similiter autem ⁊ in ambulatione eſt ⁊ in omnibus reliquis motibus animalium. Si enim motus proceſſiuus animalium latio quedam eſt/erit vnde quo/hoc eſt ab aliquo in aliquid proceſſio: ⁊ ſemper id quod reliquit aliud eſt ab eo qd accipit ſm ſpeciẽ. Ubi ſm omnes differentias motus proceſſiui que ſũt volatus/ambulatio/⁊ ſaltatio ⁊ huiuſmodi qualia a nobis in libro de motibus animalium determinata ſunt: ⁊ non ſolum in ſpeciebus ſunt: ſed etiam in ipſa ambulatione. In hac enim ſemper eſt: vnde quo: ⁊ non eſt hoc idem in ſtadio ⁊ parte ſtadij: neqꝫ eſt idem in altera parte ſtadij. In omnibus enĩ his ſm ſpeciẽ altera eſt id qd accipit ab eo qd reliquit. Nec contingit ſm aliquem motum pertranſire hanc lineam vel illam nihil continue procedendo vnde quo. Huius autem cauſa eſt: quia non ſolum lineam mathematicam pertranſit: ſed pertranſit eam que in loco eſt ⁊ in magnitudine corporea ⁊ diuiſibili. Ambulatio autem que in vnde eſt: in altero eſt vbi/ab illa que eſt in quo. Et de motu quidem in tertio ⁊ ſexto phyſicoꝝ per certitudineꝫ dictum eſt: ⁊ maxime in ſexto probatuꝫ eſt. ꝙ omnis motus eſt ab aliquo in aliquod. Et ideo expreſſe apparet ꝙ non perfectus in qualibet parte temporis: ſed in qualibꝫ parte temporis eſt multi motus ⁊ imperfecti: ⁊ illi particulares motus ſpecie differentes ſunt. Scdm ſpeciem in vbi vel forme ſpecificatꝫ eſt in qualibet parte motus. vnde quo/ſm dionem potentie ⁊ actus: nihil autem talium in delectatione eſt ſm qd delectatio eſt actus delectãtis. Delectatio enim hec perfecta ſpecies eſt ⁊ perfecta forma in quacunqꝫ parte ipſius temporis: in qua quis delectatur. Patet igitur ꝙ delectatio ſi eſſet motus/particulares motus eſſent alteri abinuicem ſm ſpeciem: non autẽ ſic eſt: ſed eadem ſpecie delectatio in principio medio ⁊ fine temporis in quo aliquis delectatur. Sequitur igitur ꝙ delectatio aliquid ſit de numero totoꝝ ⁊ perfectoꝝ que totum eſſe ſuum ſimul habent. Hoc autem contingere videtur ex hoc ꝙ non contingit moueri niſi in tempore. Delectari auteꝫ perfecte contingit in nunc tẽporis: qd aũt in ipſo non eſt totum aliquid eſt ⁊ perfectuꝫ. ¶ Amplius ex dictis manifeſtuꝫ eſt ꝙ non bene dicunt qui delectationem dicunt motum vel generationem. Motus enim ⁊ generatio non omnium ſunt: ſed partibilium ſm formaꝫ/vel vbi: ⁊ non ſunt coꝝ que tota ſimul ſunt ſm eſſe: ſm vbi vel formaꝫ. Propter qd in ſomnis prout eſt actus primi videntis non eſt generatio: eo ꝙ impartibilis eſt ſm formam: talis viſio finis puncti generatio eſt neqꝫ vnitatis. Lꝫ enim punctus ſit indiuiſibile: poſituꝫ tamen ſm poſitionẽ non diuiditur per vnuꝫ quo vnitas eſt per formam: ⁊ forma diuiſibilis non eſt: propter qd etiam motus horum nihil eſt. Non enim totuꝫ eſt ⁊ perfectum: neqꝫ pũctus indiuiſibilis poſitione vnitatis indiuiſibilis forme. Sequitur igitur ꝙ motus delectationis non eſt: quia delectatio totuꝫ quoddam eſt. Ex his patet ꝙ tripliciter aliquid eſt in tẽpore. ſ. per diuiſionẽ eſſe ꝙ eſt in tempore ſicut in numero numerante diuiſionẽ eſſe ſui: ⁊ ſic motus eſt in tempore: ꝓpter qd dicit Dionyſius ꝙ tempus eſt eſſe in mutatione ⁊ generatione metitur: ⁊ Ariſto. in quarto phyſicoꝝ dicit ꝙ in tempore eſſe eſt quadam parte temporis menſurari.

In tpe eſt aliquid tripl'r.

Dionyſius

Eſt iterum aliquid in tempore cuius protenſio potentie ineſſe perfecto ſm quã in toto perfecte exiſtat tẽpore menſuratur: ſicut dicimus diurnum menſtruum annuuꝫ: ⁊ hoc eſt in tempore primi mobilis: ſm qd duratio ineſſe ⁊ permãſio menſuratur: ⁊ hoc modo eſſe eſt in tempore vita/intellectus/ſenſus/⁊ delectatio: ⁊ hoc modo qd habet potentiam protenſam ſm durationem qd in qualibet parte illius temporis totum eſt: ⁊ hoc modo dicit Philoſophus ꝙ eſſe mẽſurantur tempore: ens autem loco. Dicitur in eſſe in tempore ꝙ nihil in ſe protenſum habet. Refertur tamen ad id quod in tempore eſt vel primo vel ſecundo modo: ſicut dicimus intelligentias eſſe in tempore: ⁊ cauſam propriam que in nulla differentia temporis deficiũt vel abſunt: ⁊ hoc modo omnia que ſunt in tempore ſunt vel primo vel ſcdo vel tertio modo. Ex omnibus igit̃ inductis patet ꝙ delectatio neqꝫ motus neqꝫ generatio eſt.

¶ Capl'm 7m. Q delectatio operatio perfecta eſt.

A

Senſus autem omnis ſ eſt ſenſualis actio ſiue operatio eſt alicuius operantis ad ſenſibile diiudicandum ſcilicet ⁊ diſcernendum: ⁊ hanc ſenſus operationem diffuſioneꝫ dicimus primi ſenſitiui. Perfecta autẽ talis ſenſus operatio eſt ꝙ opti

me dispositum est ſm virtutem sensitiuam: ⁊ est ad pulcherrimum obiectum qđ iacet sub sensu. In illud enim maxime diffundit se primuꝫ sensitiuum: ⁊ talis vt ita liceat loqui sensatio maxime videtur esse operatio perfecta sensus. Nec h̄ facimus differentiā in hoc ꝙ dicamus sensum operari vel id in quo est sensus: sicut est aīal quia non facit ad propositū. Scđm vnūquodq; enim qđ est sensus vel habens sensuꝫ, optima ⁊ perfectissima operatio est eius qđ optime dispositum est: ſm vltimam sentiendi virtutem ad potentissimuꝫ obiectum: quod est de numero eorum que cadunt sub talem sensationem sicut pulcherrimum in visu: conuenientissimū in auditu: ⁊ sic in alijs sensationibus: ad quod sensatio talis vel talis sensus potentissima est: hec enim perfectissima erit ⁊ delectabilissima: eo ꝙ delectatio ſm omne sensum: q̄uis delectatio corporalis circa quā est temperatus non sit nisi ſm tactuꝫ: vt in tertio huius scientie libro dictuꝫ est. Sicut in sensu se habet similiter se habet circa intellectum ⁊ speculatiuum: ſm qđ intellectus est actus intelligentis ⁊ speculatio est actus speculantis. Delectabilissima eniꝫ intelligentia ⁊ delectabilissima speculatio est ea que perfectissima est. Ea autem perfectissima est que est optimi dispositi intelligentis per vltimam ⁊ optimam virtuteꝫ intellectus ad studiosissimum intelligibile ⁊ optimū inter omnia ea que cadunt sub intellectu: tale autem est intellectus prime cause. Hic enim principium omniuꝫ intelligibilium est. Nihil enim intelligitur quin sub lumine illius intelligatur. Ex omnibus his videtur ꝙ delectatio floritio siue diffusio est super optimam operationeꝫ: que est ſm virtutem perfectam primi operantis: ⁊ ideo q̄uis operatio non sit: tamen circa operationes semper est ⁊ inseparabilis ab ipsa, sicut fumum inseparabile est a naso: ꝓpter qđ vt quale quid determinari habet.

¶ Capitm 8m. Qz delectatio in operante perficit operationem.

P Erficit autem operationem delectatio non ſm eundem modum quo sensibile perficit sensationem: quando ambo studiosa ⁊ bona sunt ſm modum studiositatis ⁊ bonitatis que cōpetunt sensibili ⁊ sensationi: sicut etiam eodem modo sanitatis operationem non perficiunt sanitas ⁊ medicus. Non enim ſm vnam similitudinem operationis sanitatis causa est medicus ⁊ sanari: ⁊ sicut v̄tus sani ab interioribus diffundens se in sanitatis operationem: medicus autem perficit sicut inducens ab extrinseco sanitatem faciencia. Similiter sensibile operationeꝫ sensitiui vel sentientis perficit eam sicut mouens ad operationē extrinsecus: sensitiuum autem primum perficit eam sicut diffundens se in eam: ⁊ hoc modo delectatio perficit operationem sicut interius diffundens se delectans in operationem: ⁊ non sicut extrinsecum operationi: quemadmodum extrinsecuꝫ ad sanitatis operationem est medicus: ⁊ sicut extrinsecum est sensibile ad primi sensitiui operationem. Qz autem ſm vnūquēq; sensuꝫ delectatio sit omnibus puto esse manifestum. Dicimus enim visiones ⁊ auditiones esse delectabiles. Et manifestuꝫ est ꝙ tunc maxime delectabiles sunt cum ⁊ sensitiuum potissimuꝫ est ſm dispositionem sue virtutis: ⁊ cum operatur ad tale obiectum quod potissimuꝫ est omniuꝫ eorum que cadunt sub sensu. Talibus enī existentibus sensitiuo ⁊ sensato semper erit in ope sensus delectatio: eo ꝙ ⁊ faciens ⁊ patiens conuenientissime se habent adinuicem. Delectatio autem perficit operationem nō vt habitus qui infit vel insiat sensitiuo: q; sic esset motus de dispositione ⁊ potentia ad habitum: sed perficit eam vt superueniēs quidam finis: qui finis est non operis sed operātis. Operatio enim cum sit optimuꝫ finem alium habere non potest. Sed operans finem habere potest delectationē que simul est cum ipsa operatione: eo ꝙ est diffusio primi operatiui in operatione sicut omne in quo aliquis gaudet vel delectatur. In omnibus enim talibus gaudium nihil aliud est nisi diffusio cordis in operatiuo concepti boni in quo gaudet vel delectatur. Ista eniꝫ diffusio semper superuenit operationi, velut iuuenibus superuenit pulchritudo. Iuuenis enim vt iuuenis est operatio ſm virtutem iuuentutis: que est in optime mouente calido ⁊ in subtili ⁊ optime mobili humido. Tali autem operationi semper supuenit ⁊ coest pulchritudo. Propter qđ q̄diu sensibile vel intelligibile sit ſm actuꝫ operationis. verbi gratia. vt sic discernens ⁊ speculans ſm actum tādiu in operatione erit delectatio. Similibus enim entibus ⁊ adinuicem ſm eundem moduꝫ se habentibus passiuo ⁊ actiuo idem continue aptum natum est fieri: Sed cum ita sit videretur ꝙ aliquis continue delectari deberet. Delectatio enim firmat operationeꝫ ⁊ continuat: firmata autem ⁊ continuata operatione: continua delectatio superuenit. Hoc autem non videmus: nullus enim continue delectatur. Queramus igitur quare est hoc ꝙ nullus cōtinue delectatur: ⁊ dicamus ꝙ hoc est ꝙ omne quod compositum est laborat in operatione. In operatione enim necesse est esse discursum spirituum ⁊ continuam alterationem calidi ⁊ humidi in organo: ⁊ ideo debilitatur spūs ⁊ laborat organuꝫ ⁊ attenuatur humiduꝫ: ⁊ ideo necesse est reduci hoc in principiuꝫ digestionis vt restaurentur. Et hec causa est quare nulla humana corpora continue possunt operari: sicut nec faber continue fabricat hebetatis malleis forcipibus ⁊ incude. Operationes autem omnes animales per spiritum ⁊ caliduꝫ ⁊ humidum fiunt sicut per instrumenta: ⁊ quia non continua est operatio sequitur ꝙ neq; continua sit delectatio. Delectatio enim consequitur operationeꝫ. Ex quo sequitur qđ iam olim dictū est. ꝙ si alicuius natura simpliciter est vna ⁊ eadem semper gaudet delectatione: tamen etiam lassata virtute quedam noua existentia delectant: posterius autem corrupta nō delectant simil̄r. Sicut curiosi in leonibus videndis: a principio etiam lassati desideranter currunt ad videndos leones: visis autem leonibus lassata virtus statim remittitur. Et huius causa est quia primum inclinata mens ex curiositate ad operationem exequitur sibi procedendo spūs: ⁊ ideo intēse tunc operatur: quēadmoduꝫ ex curiositate aliquid noui aspicientes protēdunt spirituꝫ visiuum ⁊ intense operantur: sed postea curiositate satiata non fit tam intensa operatio: sed neglecta ⁊ remissa: ꝓpter quod etiam delectatio obscuratur ⁊ remittitur.

¶ Caplm 9m. Quare appetuntur ab oībus delectationes.

S I autē queratur quare delectatio ab omnib⁹ appetatur. Omnium enim existimatio est ꝙ omnes appetunt delectationes. Et huius causa est: quia omnes appetunt viuere: vita autē operatio quedam est. Est eniꝫ operatio anime ſm ꝙ est principium vite. Vita enim est actus continuus ⁊ essentialis anime. Vnusquisq; autem circa hec ⁊ in his maxime operatur que diligit: ⁊ ad que totam refert vitam: vt in antehabitis dictum est. v̄bi gratia. musicus enī qui ad musicorum totam refert vitam appetit viuere circa melodias. Amator autem disciplinalium scientiarum siue demonstratiuarum quas mente considerat: ⁊ ad quas

Margin notes: A · Delectatio perficit operationē · Gaudiū diffinitio. · B · Delectatio nō potest esse continua. · A

totum refert vitaꝫ viuere appetit circa theoremata: que sunt principia vel conclusiones demonstrationum mathematicarum. Sic autem est in reliquis omnibus. Delectatio autem perficit operationes. Uiuere autem quod singuli appetit ⁊ ad qꝺ referunt vitam operatio est cui superuenit delectatio. Rationabile igitur ꝙ delectationem que superuenit operationi etiam appetunt. Illud enim viuere qꝺ vnicuiqꝫ delectabile est, eligibile perficit delectatio. Utrum autem ꝓpter delectationeꝫ viuere eligimus: vel econuerso ꝓpter viuere eligimus delectationem in presenti quidem dimittatur: q2 certum est ꝙ delectatio ad operationem est sicut ad finem. Supremū enim ⁊ vltimum semper finis est: ⁊ hoc in moralibus est operatio: sicut patet in his que determinata sunt in pmo huius scientie libro. Delectatio autem est vt finis quidaꝫ non simpliciter: sed qui superuenit operationi. Delectatio enim operationi coniungi videtur vt passio proprio subiecto: ⁊ videtur ꝙ non possit ab ea separari: eo ꝙ sine operatione non sit delectatio: q̄uis operatio separari aliquando possit a delectatione. In temperantie enim ⁊ fortitudinis operibus operatio est ⁊ studiosa: non tamē semper cum illa operatione est delectatio. Unde etiam videntur delectationes specificas differentias contrahere ab ipsis operationibus. Altera enim specie sm speciem delectationis ab alteris specie sm operationes existimamus perfici. Sic enim videntꝰ ⁊ naturalia ⁊ que ab arte habere dīiam: animalia enim ⁊ arbores in naturalibus specie differentia ab alijs: ⁊ alijs specie differentibus agētibus videmus ꝓduci. Et picture, ⁊ imagines, ⁊ domus, ⁊ vas sm omnem specieruꝫ suaꝝ differentiam a differentibus specie sm formam artis producuntur. Alia enim ars est ⁊ picture ⁊ imaginum ⁊ domus in formam artis. Et similiter operationes differentes specie a differentibus specie delectationibus perficiuntur. Differunt autem specie operationes que sunt mentis siue intellectus ab his operationibus que sunt sensus: specie differunt sm differentiam eorum circa que operantur sensus. Oportet igitur ꝙ etiam sm eundē modum differant delectationes. Apparet autem hoc maxime ex hoc ꝙ vnaqueqꝫ delectatio maxime appropriatur illi operationi quaꝫ perficit ⁊ cui superuenit: eo ꝙ illa operatio sola propria est vel sm naturam, vel sm habitum acquisitum. Proprie autem operationi: propria superuenit delectatio ⁊ coauget propriam operationem propria delectatio. Delectantes enī circa aliqua ex propria vi delectationis magis singula diiudicant: ⁊ certius exquirūt omnia illa que faciunt ad operationem quā cum delectatione operantur: gaudentes enim ⁊ delectati in eo qꝺ est geometrizare magis inquirunt singula ⁊ intelligunt que ad geometricam ptinent. Similiter autem ⁊ delectati in musicis ⁊ amantes musicas armonias magis inquirunt ⁊ intelligunt ad musica pertinentia. Ita etiam est de amantibus edificatiuam ⁊ de alijs singulis. Omnes enim augmentationeꝫ accipiūt ad proprium opus quando gaudent ⁊ delectātur in ipso opere. Delectatio igitur coauget opus. Nulla autem coaugēt non propria: non propria enim conuenientia non sunt: ⁊ ideo delectabilia non sunt: nec coaugentia apponitur. Ab alteris igitur specie operationibus etiam ꝓprie delectationes etiam altera specie fiunt. Hoc autē adhuc magis apparebit ex eo ꝙ delectationes que sunt ab alienis que nō sunt cōuenientia nobis sm habituꝫ īpeditiue sunt ꝓpriaruꝫ operationuꝫ. Si enim aliquis qui amat fistulas ⁊ delectatur in symphonia fistularuꝫ subito dum in cōfabulationibus est fistulas audiat, statim confabulari non potest sermonibus: magis gaudens fistulatiua q̄ presenti operatione cōfabulationis. Intendens enim ei a quo delectatur abstrahitur ab altero. Patet igitur ꝙ delectatio que est sm fistulatiuam eam operationē corrumpit que est sm confabulationem sermonuꝫ. Simili[ter] autem hoc est in omnibus alijs cum simul anima circa duo operetur: quoruꝫ vnuꝫ est conueniens: aliud autem extraneum sm habitus cōuenientiam. Delectabilior enī operatio expellit eam que minus delectabilis est: ⁊ tanto expellit eam plus quanto delectatio vnius operationis est maior delectatione alterius. Ita ꝙ etiam propter nimiam delectationem in vno nihil contingit operari sm alterum. Propter qꝺ contingit ꝙ vehementer gaudentes in quacunqꝫ operatione nihil omnino discernimus alteruꝫ ab illo: ⁊ alia quedam facimus quādo alia quiete ⁊ remisse placēt nobis. v.g. Dū in theatris athlete optimi pugnant: delectati in optimis plagis eoꝝ ⁊ comestionibus delectabilissimoꝝ non intēderemus abstracti delectatione plagaruꝫ: dum autem malos ictus dant remissius delectati etiam leguminū comestioni intendere incipimus: aliud autem maxime tunc operamur quādo circa primū remissius intendimus ⁊ operamur. Q̄uis enim aīa plurium sit potētiaꝝ sicut sepe dictū est: tamen id qꝺ centrale est in anima ⁊ ex quo manat in omnes potētias operatio sm substantiam vnuꝫ ⁊ indiuisuꝫ: ⁊ ideo intense fluens in vnum retrahitur ab altero. Sicut centruꝫ in circulo fluens in vnāquāqꝫ lineaꝝ semidiametroꝝ circuli necesse est ꝙ ab altera retrahatur.

Operatio delectabilior expellit remissiorem.

¶ Capl[m] 10[m]. De ꝓpria delectatio confirmat operationes: ⁊ de delectationuꝫ dīia ꝓpriaꝝ ⁊ alienaꝝ.

A

Manifestū est igitur ex predictis ꝙ ꝓpria delectatio ꝯfirmat operationes ⁊ diuturniores ⁊ meliores facit: aliene autem delectationes deficiunt ⁊ nocēt ad operationes: ⁊ per hoc patet ꝙ multum distant abinuicem proprie ⁊ aliene. Aliene autem delectationes fere idem faciunt circa operationes qꝺ faciunt ꝓprie tristitie. Dico autem fere q2 proprie tristitie corrumpunt ⁊ cessare faciunt operationes in toto. Aliene autem delectationes remittunt eas ⁊ auertunt ab eis intentionē operātis. v.g. Si alicui scribere sit idelectabile ⁊ triste: ⁊ alicui ratiocinari per argumētationis aliquā spēm sit triste ⁊ indelectabile corrumpitur operatio in illis. Quia hꝫ quidem nō scribet ⁊ alius nō ratiocinabitur eo ꝙ tristes sunt eis tales operationes. Cōtraria igitur accidunt circa operationes a delectationibus ⁊ tristitijs. A propria enim delectatione firmatur operatio: a tristitia autē corrumpitur. Proprie autē delectationes sunt que fiunt in operatione ꝓpria que sm seipsam conuenit sm habitum quo disponitur vnusquisqꝫ. Aliene autem delectationes dicte sunt que ab alienis operationibus sm ꝓprium habitum conuenientibus fiunt: que proximuꝫ aliquid faciunt tristitie: eo ꝙ corrumpunt operationeꝫ: q̄uis non similiter id faciant sicut predicatuꝫ est. De autē delectationes operationibus differūt. Et est prima differētia qua differūt sm epyeykeam ⁊ prauitatem: ⁊ ꝙ he qdeꝫ eligibiles sūt: alie autem fugiende: alie autem neutre. Studiose enim: eligibiles: praue aūt fugibiles. Medie autem que nec praue nec studiose sunt: neutre sunt nec eligende ⁊ nec fugibiles: sicut est motus digiti vt dicit Boetius: vel ludus troci. Et sm vnāquamqꝫ haꝝ operationuꝫ differunt delectationes: ita ꝙ quedam sunt studiose ⁊ eligibiles: quedam autem praue ⁊ fugiende: quedam aūt neutre. Scꝺꝫ vnāquāqꝫ enī operationeꝫ ꝓpria delectatio est. Delectatio igit̄ q̄ ꝓpria est studioso ⁊ studiose operationi epyeykees ⁊ bona ⁊ eligibilis est. Que autem ꝓpria est operationi praue

Operationes intellectus ⁊ sensus differunt.

B

Delectatio auget ꝓpriā operationem.

Delectatio nō ꝯueniens īpedit operationē.

Delectationum differentia.

Delectatio ꝓpria.

Delectatio aliena.

Delectatio bona eligenda est.

mala est ⁊ fugienda ꝙ ex hoc patet ꝙ concupiscentie que sunt inclinationes appetitus in operationes ⁊ delectationes que sunt bonorum laudabiles sunt: ⁊ quando sunt turpium vituperabiles sunt: propter quod autem vnumquodqꝫ illud magis est tale sicut dicit Aristo. Si igitur concupiscentie propter delectationes sunt praue vel bone. Delectationes sunt magis praue vel bone. Delectationes enim magis proprie sunt operationibus ⁊ magis propinque q̃ concupiscentie: eo ꝙ in ipsis operationibus sunt. Concupiscentie quidem enim discrete sunt ab operationibus ⁊ separate temporibus ⁊ natura. Temporibus quidem quia sunt ante eas. Natura autem quia alia est diffinitio concupiscentie ⁊ alia est diffinitio operationis. Delectationes autem propinque valde sunt operationibus ⁊ indiscrete ab eis: ⁊ intantū sunt ꝯiuncte eis vt a multis sit dubitatio. Utrum idem sit operationi delectatio. Cum tamen delectatio non videatur esse substantial'r idem operationi mentis/vel operationi sensus. Incōueniens enim esset hoc: quia sequeret̃ ex hoc ꝙ passio substantial'r esset ideꝫ subiecto in quo est. Sed ꝓpter hoc ꝙ delectationes non separantur ab operationibus quibusdam idem videbatur delectatio ⁊ operatio. Pꝫ igitur ꝙ sm differentiam qua operationes sunt alterę abinuicem sm eundem modum etiam delectationes abinuicem differunt.

ꝑ posteriorū. T. c. 5.

Cōcupiscētie separate sunt ab opationibus.

¶ Capl'm 11m. De differentia delectationum penes puritatem ⁊ impuritatem operationum.

A

Differunt autem puritate ⁊ ipuritate operationum: qꝺ sic ꝓbatur. Operatio enim visus puritate differt ab operatione tactus. Est enim visus obiectum super extremitatem. s. ꝑspicui diffusam. s. in corpore terminato que nihil in se habet de impuritate materie. Tactus autem eorum est que in materia permixta sunt. Simil'r autem puritate differt opationi auditus ab opere olfatus ⁊ gustus. Auditus eni est soni qui non pertingit nisi fractiuam aeris absqꝫ alijs dispositionibus materie elementaris. Olfatus autem ⁊ gustus super dispositiones sunt cōmixti ⁊ complexionati: ⁊ sic iterum differunt olfatus ⁊ gustus. Olfatus eniꝫ super odorem est qui sequela est complexionis. Gustus āt de dijs humidi in ipsa cōplexione digesti. Purior autē sensus est remotior a materia. Impurior ꝟo coniunctior. Et sm eundem moduꝫ simil'r differunt delectationes q̄ circa summuꝫ operationes sunt: ⁊ ille omnes differunt a delectationibus que sunt circa opationes mētis: inquātū opationes mentis circa purius sunt: ⁊ puriores q̃ operationes sensus. Sunt autem ⁊ due operationes mentis: speculatiua. s. ⁊ practica: ⁊ differunt abinuicem puritate: vtreqꝫ iste operationes. Speculatiua enim purior est q̃ practica inquantum circa puriora est: ⁊ omnino a materia separata. Practica autē circa particularia que ad materiam referuntur. Ex autem quedā ꝓprie homini istaꝝ delectationuꝫ (ꝙ vnicuiqꝫ animali ꝓpria delectatio est quemadmodum ⁊ opus propriuꝫ. Propria enim est que est cuꝫ propria operatione) hoc autem in vnoquoqꝫ apparebit facile speculāti opus propriū cuiuslibet. Altera enim est equi delectatio propria sicut ⁊ opus: ⁊ altera canis ⁊ altera hominis. Quēadmodum Eraclitus dixit. asinum fenum iringoꝛuꝫ sm nature sue ꝯuenientiam: plus eligere q̃ aurum. Est enim tale fenum delectabilius nutrimentum asinis q̃ aurum: ⁊ sm hunc modum plus eligitur a boue orobum/⁊ a cane ossa. Delectationes igitur diuersaruꝫ operationuꝫ specie differunt: spē illa autem que sunt eoꝛuꝫ que specie in differentia sunt rationabile

Bonus delectaꝫ auditus.

Sēsus a mā remotior est i mersis materie purior.

Delectatio ꝓpria ē cuiusliꝫ entis inquantum tale ens.

est indifferentes specie esse: hoc autem contingit in animalibus brutis: quia omnia illa a natura agitur ad opera. Natura autem vna specie est in his que speciei differentiam non habent. Et ideo in quo delectatur vnus asinus in eodem delectatur ⁊ alter: ⁊ de bobus ⁊ equis similiter est. In hominibus autē qui non natura sed ratione aguntur vel phantasia/non parum differunt delectationes. Eadem enim que quosdam homines delectāt alios contristant: ⁊ que quibusdam tristia ⁊ odibilia sunt alijs sunt delectabilia ⁊ amicabilia: cum tamen homines oēs eiusdē speciei sint: eo ꝙ aliter ⁊ aliter sm rōneꝫ ⁊ phantasiam dispositi sunt. Et in dulcibus etiā hoc accidit sm diuersaꝫ lingue dispositionem ⁊ infusionem. Non enim eadem videntur febricitanti dulcia ⁊ sano. Sano enim dulcia videntur que vere dulcia sunt: ⁊ hec eadem infirmo non dulcia videntur: eo ꝙ lingua eius infusa est cholera adusta ⁊ amara. Simil'r etiaꝫ nec eadem calida esse videntur debili ⁊ bene habenti. Bene habenti enim non videtur calidum nisi qꝺ excellit mediuꝫ complexionis: debili autem calefacto etiam modicus calor vstiuus videtur. Simil'r autem etiam hoc accidit in multis alijs: si tamen sm sensum indicaretur quid calidū ⁊ dulce esset simpliciter: ⁊ sm veritatem determinaretur iudicio sani ⁊ non iudicio infirmi. In omnibus eni talibus hoc videt̃ simpliciter esse qꝺ videtur studioso ⁊ bene hn̄ti. Si autē hoc bene ⁊ cōuenienter di quemadmodū oībus videt̃: ⁊ sicut in precedentibus dcm̄ est. Mēsura vniuscuiusqꝫ qua videtur quid simpliciter sit vel non sit/est virtus eius propria. Et bonus qui bene habet sm virtutem: sm quod talis est per virtutem bene dispositus. Sequitur igit̃ ꝙ delectationes vtiqꝫ simpliciter delectationes sūt que bono sm virtutem videntur esse delectationes: ⁊ ꝙ illa simpliciter delectabilia sunt quibus gaudet quia talis est: ⁊ que huic tristia sunt si alijs sunt delectabilia nihil est admirabile. Multe enim corruptiones ⁊ nocumēta sunt hominum quibus vel sm malitiosam naturā vel sm habitum acquisitum disponuntur ad alia q̃ ad ea q̄ conueniunt ad naturam constitutam ⁊ integram: ⁊ que talibus videntur non simpliciter sunt delectabilia: sꝫ sūt delectabilia his ⁊ taliter dispositis. Patet igitur ꝙ delectationes que ab omnibus confesse sunt esse turpes non sunt dicende delectationes esse simpliciter: sed sunt delectationes corruptis. Queramus autem de delectationibus que videntur esse epyeykees siue studiose: qualem delectationem vel quam dicenduꝫ est delectationeꝫ esse hominis sm ꝙ homo est: qꝺ tamen sm predicta ex ipsis operationibus manifestum est. Formas enim operationum sequuntur delectationes. Siue igitur vna sola est operatio hominis sm ꝙ homo est siue plures. Illa que perfecti ⁊ beati viri est sm optimaꝫ virtutem hominis/est operatio per se hominis. Unam autem dico quia finali virtute homo vnus est: si finalis virtus accipiatur sm illud quo homo homo est. Hoc āt est vltimus ⁊ perfectissimus intellectus qui speculatiuus est ad quem oīa alia amminiculantur. Plures autem dico sm ꝙ homo plura est per intellectum scilicet speculatiuum ⁊ practicum. Prudentia enim virtus est practici. Sapientia aūt ꝟtus speculatiui ⁊ felicitas ciuilis vltima opatio est practici. Felicitas autem contemplatiui ⁊ vltima ⁊ perfectissima est operatio speculatiui. Et delectationes que perficiunt has operationes dicuntur principaliter esse operationes hominis vt homo est. Relique autem oēs delectationes secundarie dicentur: ⁊ sm quid: ⁊ hoc multipliciter est quemadmodum ⁊ operationes tales sunt diuersimode sm animalem appetitum dispositoꝝ.

Eadē rerum delectāt ⁊ alios contristat.

B

Hec delectationes sunt q̄ bono videāt.

Opatio p se hoīs est q̄ est sm optimam virtutem.

¶ Tractatus

¶ Tractatus secundus libri decimi ethicorum: de felicitate contemplatiua.

¶ Capl'm p^m. In quo genere operationum sit operatio felicitatis contemplatiue.

A

His autez determinatis que circa virtutes morales ⁊ cõtemplatiuas ⁊ amicitias ⁊ delectationes: determinanda esse videbant᷑ que omnia sunt adminiculantia ad felicitatem cõtemplatiuam: relinquitur de felicitate cõtemplatiua typo pertransire. Omnia enim que ad hanc scientiaz spectant nõ nisi typo determinari possunt: quemadmodum in ante habitis dictum est. Ultimo enim ⁊ post omnia tractanduz est: eo ꝙ talem felicitatem finem ponimus omniuz humanoꝝ: eo ꝙ omnia humana referuntur ad ipsam. Sermo autẽ istius tractatus compendiosior erit ⁊ intelligibilior, si resumant᷑ ea que in pⁱmo hui⁹ scientie libro de felicitate ciuili dicta sunt. Ibi enim diximus ꝙ felicitas non est habitus. Si enim habitus esset existeret felicitas in eo qui dormit ꝑ totã vitã. Somnus enim q̃uis sit ligamentum operationis exterioris: non tamen interiorem priuat habituz. Cum autem dormiẽs plus viuat operatione vegetabilium partium intus q̃ vigilans, ⁊ sic viuat vita plante que intus ingerit ⁊ digerit ⁊ nutrit: q̃uis exterius imobilis sit contingeret ꝙ viuens vita plante felix esset. ¶ Adhuc autẽ infortunatus maxime rotatus pre amictis infortunijs non priuat᷑ habitu virtutis: q̃uis gloriosissimus operationibus priuetur ⁊ perfectissimus. Cõtingeret ergo ꝙ infortunatus felix esset: que omnia valde incõuenientia. Si autem hec cõcedere non placet: sed magis ponenduz est eã esse operationẽ quandam: queadmodũ in his que in pⁱmo huius scientie libro scripta sunt dictum est. Cauenduz est ne in genere habitus felicitatis esse ponat᷑. Est igitur operatio non habitus. ¶ Operationũ aũt q̃dã sunt necessarie necessitate positionis: sicut vstio ⁊ bibitio pharmaci. He.n. necessarie sunt si aliquis debeat consequi sanitatem: ⁊ tales operationes nõ sunt per se eligibiles: sed ꝓpter altera quedam. Quedam autẽ operationuz ſm seipsas sunt eligibiles quas nõ ad alia quedam referimus: sed ꝓpter seipsas volumus. Manifestuz est ꝙ dicenduz est felicitatẽ esse de numero ⁊ genere earum oꝑationum que ſm seipsas eligibiles sunt: ⁊ non earum que eligantur ꝓpter aliud. Determinatũ enim est ꝙ felicitas nullo modo est indigens: sed ꝑ se sufficiẽs omniuz bonoꝝ congregatione perfecta. Scd'm seipsas autez eligibiles sunt oꝑationes a quibus non querit᷑ obtineri aliud ꝓpter ipsam ſm se oꝑationẽ: eo ꝙ ipsa finalissimũ bonuz est. Tales autẽ operationes esse vident᷑ actiones que sunt ſm virtutem. Bona enim ⁊ studiosa agere ſm quamlibet virtutez est de numero eorum que ꝓpter se eligibilia sunt. Est enim de partibus honesti. Honestum autẽ est qd' volumus ꝓpter seipsum. ¶ Sed tamen in his distinguẽdum est: q2 ⁊ ludoruz oꝑationes delectabiles ꝓpter seipsas requiruntur. Ludentes enim ipsas ludoruz operationes non eligunt ꝓpter altera. Qd' ex hoc patet: q2 ludentes sepe leduntur ab ipsis operationibus ludi magis q̃ iuuantur: exercentes enĩ tales operationes negligunt ⁊ corpoꝝ sanitatem, ⁊ lucrus possessionuz: sicut patet in tota die curi cantibus: quod nõ facerent nisi ipsas operationes ſm se diligerent. Nescientes enim qd' agant ad tales ludorum cõuersationes refugiũt multi qui ab Epycuro felices dicuntur. ¶ Propter qd' illi qui eutrapeli in ludoꝝ ꝯuersationibus sunt approbati, sunt apud tyrãnos: qui polyticam non habẽt virtutem. Eutrapelos autẽ dicimus bene versatos ad placenduz alijs in ludis. Tales enim tribuunt seipsos delectabiles in his que ꝓpter se appetunt. Tyranni autẽ indigent talibus, eo ꝙ summũ bonum in vita in requie ponunt. Talis igitur cõuersatio videtur felicitas esse: ꝓpter qd' illi qui in potentatibus sunt felices esse dicantur qui omnes talibus operationibus vacare videntur. Nullum autem signum veruz esse videtur: lz ꝙ inducunt ꝙ tales operationes felicitatiue sunt. Uirtutis eniz operatio ⁊ operatio intellectus a quibus oꝑationes sunt studiose non sunt in hoc ꝙ aliquis sit potens: q2 multi potentes nihil habẽt de virtute: nec viuunt ſm intellectuz illi qui potentes sunt: nec sequitur ꝙ ꝓpter hoc existimanduz tales oꝑationes eligibiliores esse que corporales sunt: q2 ad corporales oꝑationes ⁊ delectationes refugiunt illi qui ingustabiles sunt delectationis sincere ⁊ liberalis. Etenim pueri existimant optima esse ea que apud ipsos preciosa sunt: cuz tamẽ optima non sint simpliciter. Rõnabile aũt est quemadmodũ pueris ⁊ viris ꝑfectis ſm etatem: altera videntur esse preciosa sic etiaz altera ⁊ altera sint que videntur prauis: ⁊ qui vident᷑ his qui sunt epyeykees siue studiosi ⁊ optimi. Quemadmodum igitur multotiẽs dictum est preciosa ⁊ delectabilia simpliciter sunt que studioso ⁊ optimo preciosa ⁊ eligibilia esse videntur. Rectum enim index est sui ⁊ obliqui: curuum autẽ (vt dicit Pythago.) nullius est index. Unicuiq3 aũt illa eligibilissima est oꝑatio que sibi ſm ꝓpriũ habituz cõuenit: studioso igitur eligibilissima est que cõuenit ſm habituz virtutis. Felix autẽ studiosus est ⁊ studiosissimus. Felicitas igitur oꝑatio est ſm virtutez: ludi aũt oꝑatio nõ ſm virtutẽ est: sed ſm remissam mollitiẽ. Lusuus eni mollis est. Nõ ergo in ludo felicitas ẽ: valde enim incõueniẽs est ludum finem humanoꝝ dicere. ¶ Adhuc aũt ridiculuz esse videt᷑ ꝙ in multis negociari ⁊ mala multa pati: ſm omnẽ vitam dicatur totuz hoc fieri ludẽdi gratia. Ualitas enim negociationis ⁊ dispẽdia multoꝝ laboruz ad felicitatem vt ad finem referuntur. Si ergo felicitas ludus est: sequeretur ꝙ omnia humana ad ludum referuntur. Preter felicitatem enim solam que finis humanoruz est: omnia humana quodãmodo alterius gratia eligibilia sunt. Uirtutes eniz q̃uis ſm se eligibiles sint: tamen ad oꝑationes virtutum referunt᷑: ⁊ ꝓpter illas eligantur. Operationes autẽ virtutum q̃uis ꝑ se eligibiles ⁊ ꝑfecte sint: tñ referunt᷑ ad felicitatem ciuilem. Felicitas aũt ciuilis ad ꝯtemplatiuã. Et sic oĩa ad aliud quodãmodo referunt᷑ ꝓpter felicitatẽ speculatiuã. Studemus autez virtutibus ⁊ laborare in difficili circa qd' est virtus ludi gratia valde insipiens: ⁊ puerile dictũ est: sz ſm Anakarsen poetã dicere ꝙ aliquis ludat vt studeat recte habere videtur. Multi enim intẽtionem in ludis remittunt vt viribus recollectis fortiores sint in studio bonoꝝ ⁊ honorabiliuz. Ludus enim sicut in ante habitis dictum est requieti assimilat᷑: eo ꝙ intensionẽ intentionis ⁊ studij remittit, ⁊ sic requiem inducit. Nõ valentes eniz continue laborare in exercitio studiosoꝝ requie indigẽt: queadmoduz ⁊ Catho dicit. Interpone tuis interdum gaudia curis. Requies autẽ finis humanoꝝ nõ est. Fit enim requies gratia oꝑationis: vt queadmodum dictuz est. Remissa virtus fortior resurgat ad operationẽ. Felix enim vita ſm virtutem esse videtur. Uirtus autez cum studio ⁊ non in ludo est: ⁊ cõmuniter dicitur ꝙ studiosa meliora sunt his que ridiculosa ⁊ cum ludo sunt. Felicitas autem melioruz bonoꝝ esse ꝓhibet᷑. ¶ Adhuc autem bona operatio est bone partis anime: ⁊ studiosior operatio melioris est particule anime: ⁊ studiosissima

Felicitas ẽ finis oĩum humanoꝝ.

Felicitas est operatio.

Operationũ diuisio.

B

Diuisio oꝑationuz ſm se eligibiliũ.

Eutrapelis indigent princi pes.

Potentatus nõ probatur felicitas.

Preciosa sũt que virtuosa talia vident᷑.

In ludis nõ esse felicitatez ꝯprobat᷑.

Felicitatis diffinitio.

optime est particule anime ⁊ nobilissime. Sequit̃ ergo meliorem operationem feliciorem esse. Felicitas igitur operatio est ſm nobilissimam particulam anime. Quicunqꝫ autem bestiali que in ipsis est ⁊ non minus optimo indicant sibi pro certo potiuntur corporalibus delectationibus pro optimo ꝙ est in vita. Sicut fecit Sardonalopus. Nullus autem felicitatem bestiali parti tribuit: nisi etiam vitam bestialem optimam esse dicat. In talibus enim cõuersationibus bestialitatis non est felicitas: sed est in his operationibus que sunt ſm virtutem: quemadmodũ ⁊ prius in primo huius sciẽtie libro dictũ est. Est igitur felicitas operatio optime virtutis ſm nobilissimam anime particulam.

¶ Caplm̃ 2m̃. Scd̃m quam virtutem sit felicitas cõtemplatiua: ⁊ que sint differentie constituentes eam.

A

Si autem ſm ea que in primo libro dicta sunt. Felicitas est opatio ſm animi virtutem perfectã: rationabiliter sequitur ꝙ optima felicitas sit optima operatio ſm optimam virtutem. Optima autẽ virtus optimi est. Cum enim virtus vniuscuiusqꝫ sit vltimum in optimo ipsius. Ultimum autem optimi optimum est. Uirtus ergo optimi optima est. Siue ergo hoc optimũ in hoĩe sit intellectus sicut peripathetici dicũt: siue sit aliud aliquid separatum quoddam per substantiam ab homine: cuius tamen refulgentia in anima operationem facit intellectualẽ: sicut dicebant Stoici ⁊ maxime Plato qui ideas introduxerũt hoc ꝙ principari videtur ſm naturam ⁊ dominari ⁊ intelligentiam habere de bonis ⁊ diuinis erit illud optimũ: ⁊ felicitas erit operatio ſm virtutem illius. Hoc autẽ redit ad hoc ꝙ siue intellectiuum in homine sit diuinum ſm se ⁊ separatũ: ex quo sicut extrinsecus influat in hominẽ intellectuales operationes sicut Platonici dicebant: siue sit aliquid de numero eorum que in nobis sunt vt substantia anime: ⁊ sic diuinissimum inter omnia que in nobis sunt. Huius optimi optima operatio que sibi competit ſm ꝓpriam virtutem que ipsum in vltimo ponit pro certo erit perfecta felicitas. Qꝫ autẽ pars diuinissima ⁊ optima speculatiua sit sepius dictum est. Hoc enĩ cõfessũ est ab omnibus ⁊ consonum est his que prius dicta sunt: ⁊ cõsonum ipsi vero. Hec enĩ operatio speculatiui intellectus optima ⁊ dignissima est. Est enim intuitus ⁊ cõtactus ipsius veritatis rerum. Intellectus enim speculatiuus quo speculamur est de numero eorũ que in nobis sunt ſm peripatheticorꝫ scientiam: ⁊ cum cognoscibiliũ eorum circa que est intellectus purus ⁊ separatus.

Operatio speculatiua est intellectus ſm propriam eius virtutem.

¶ Et ad hoc intelligendũ oportet resumere que a principio istius decimi dicta sunt. Stoici enim formas ponentes primũ intellectum separatum dixerunt esse ⁊ non coniunctum continuo ⁊ tempori. Coniunctum enim vt dicebant vniuersaliter intelligentie non posset esse principiũ: eo ꝙ omnis coniunctio particularis est ⁊ contrahens. Uniuersalium igitur talium talis intellectus non haberet cognitionem. Si igitur vniuersal̃r influit intelligentias: ⁊ vniuersaliũ oportet ipsum intellectum esse separatum ⁊ centralem ⁊ fontalem ad omnia intellectus operationes facientia. Id autem quod sui participatur in anima hominis facit intellectualem operationẽ ⁊ optimum illius virtus est eius: ſm quã sibi inest opatio felicitatis ⁊ potentia actiua ad feliciter operandũ perfecta. Scd̃m Peripatheticos autem sicut in omni natura: ita in anima accipere est differentias vniuersal̃r actiui ⁊ vniuersal̃r passiui. Dicunt enim alij ꝙ cum omnis forma sit intelligentie ⁊ prime cause lumen ⁊ processio luminis in res formatas ꝙ hoc lumen diuersimode est ſm distantiam a primo fonte: ⁊ ſm propinquitatem ꝓpter qḋ in corpore ad equalitatem celi complexionatum est: vel fere sicut est corpus hominis magis sincerũ est: ⁊ quasi primi luminis imago. Propter qḋ in homine per modũ diuinũ est perficiẽs operationes intelligentie, qḋ ex ipso lumine ſm ꝙ sincerum est facultatem habet agendi intellectualiter. Ex eodem autem ſm ꝙ receptum est potentiam habet omnia fieri intellectualia: ⁊ sic iterum virtus eius est optimum ⁊ vltimũ eius qḋ ipsum ponit in perfecta facultate operandi intellectuales operationes. Tam Stoici autẽ q̃ Peripathetici dixerunt ꝙ alie sunt rerũ veritates ⁊ alie res ipse, scd̃m est ꝓpriũ vnicuiqꝫ rei. Rerum enim veritates in lumine sunt cause prime: sicut veritates coloris sunt in lumine solis. Omne enim ꝙ sua processione constituit aliquid tripliciter accipi potest. s. ſm ꝙ est in eo a quo procedit: ⁊ ſm ꝙ est contingens in qḋ procedit, ⁊ in medio: ⁊ huius exemplũ in prehabitis diximus in lumine ꝙ a sole procedit in perspicuũ: ⁊ in corpora terminata. Lux enim de veritate coloris nihil sit nisi natura perspicui illuminati: ⁊ esse coloris nihil aliud sit nisi diffusio perspicui illuminati in corpore terminato. Ueritas coloris non accipitur in natura corporis terminati: sed in natura perspicui qḋ separatũ est ſm substantiã a corpore terminato. Propter qḋ antiqui colorem extremũ vocauerunt: vt dicit Aristo. Similiter autẽ se habet omnis forma substantialis rei in lumine prime cause siue intellectus primi vniuersal̃r ꝯstituentis intelligibilia. Est enĩ hoc nihil aliud nisi extremitas luminis in materia quã ꝑficit, ⁊ esse ipsius diffusio luminis illius est in materia. Propter qḋ dicit Auicẽna ꝙ omnis forma largit̃ ab intelligentia. Et si cõsideretur veritas forme determinate ipsius non est materia sed veritas ipsius est extremitas luminis intelligentie. Propter qḋ Dionysius probat ꝙ veritas vniuscuiusqꝫ rei hoc ꝙ est in lumine cause ꝑme: ⁊ taliter cognoscibilium intellectus principium cognoscitiuum est. Que autẽ imersa sunt in materiã ⁊ ꝯditiones ⁊ appenditias materie acceperunt nõ perfecte cognoscibilia sunt. Sed oportet ꝙ de eis sit inquisitio ⁊ inuestigatio per cõpositionem ⁊ diuisionem: ⁊ precedentia ⁊ subsequentia ⁊ accidentia. Et talis cognitio opinatiua est potius q̃ intellectiua. Et ideo cum intellectus practicus ad particularia referat̃: in q̇bus sũt opationes humane cognitio intellectus practici estimatiua ẽ ⁊ ꝯsiliatiua. Propter qḋ intellectualẽ ⁊ puram non hꝫ operationẽ. Speculatiuus ergo intellectus diuinissimus est ⁊ non practicus: ⁊ illius optima operatio felicitas erit contemplatiua. Illi enim omnia cõueniunt que ab antiquis cõuenire dicuntur felici: quorũ primum est ꝙ cõtinua sit operatio. Speculatio enĩ intellectus cognoscibiliũ in veritatibus rerũ ꝯtinuissima est. Magis enim continue possumus sic speculari q̃ operari quodcũqꝫ operabile. Ad operationem enim operabiliũ per nos multa requiruntur: quibus vel aliquo eorum deficientibus interrumpitur operatio. In speculatione autẽ veritas rerum nobis semper presto est: ⁊ intellectus speculans habetur ad nutum: nec contingit impedimentum nisi per accidens ex ratione organi subiecti: sicut in prehabito tractatu de delectatione dictũ est. Existimamus etiam ſm Epicuri sapientiam qḋ oportet delectationem admixtam esse felicitati. Omnes autem confitentur tam Stoici q̃ Peripathetici q̃ etiam Epicuri ꝙ delectabilissima oĩuꝫ operationũ que sunt ſm virtutẽ: illa est que est ſm illã virtutẽ que sapiẽtia vocat̃: que q̇dẽ sapiẽtia diffinita est: in hui⁹ sc̃ie lı̃ᵒ 6ᵒ. Pꝫ igit̃ ꝙ sola p̄hia que ꝑma ⁊ verissima p̄hia est.

Aristo.

Auicenna

Dionysius

B.

Felicitas est optima operatio intellectus speculatiui.

est. Delectationes admirabiles habet puritate ꝛ firmitate. Altitudine enim admirabilis est. Res enĩ accipit in primis veritatibus suis: puritate autẽ precellit: nihil aũt accipit impuritati materie admixtum. Precellit igitur alias scientias sicut visus alios precellit sensus puritate: sicut ante dictum est. Firmitate qꝛ nihil habet opinatiuũ vel inquisitiuum: eo ꝙ non sit nisi simplex contactus super rerum ipsas veritates a quibus firmantᷓ ꝛ cõstituuntᷓ. Rationale enim est ꝙ cõuersatio scientiũ que est in operatione sciẽtie certe delectabilior sit ꝙ̃ delectatio querẽtium ꝛ dubitantiũ. Practici autẽ operationes cum inquisitione ꝛ dubitatione sunt. Est autẽ in sexto huius sciẽtie libro probatũ ꝙ sciẽtie virtus sapiẽtia est. ¶ Tertium aũt ꝙ ratione ꝙ ab Epycurio felicitati dicitᷓ cõuenire est

Astarkeya

ꝙ grece astarkeya ꝙ latine sonat per se sufficientia. Hoc enim maxime est circa speculatiuam operationẽ. Omnis enim ad sustẽtationẽ vite necessarijs equaliter indigẽt: ꝛ sapiens ꝛ iustus: hoc est speculatiuus ꝛ practicus. Sapiens enim speculatiuus est. Iustus autẽ a generali iustitia dictus practicus: similr̃ etiã ꝛ reliqui omnes indigent necessarijs ad vitã. Tamẽ omnibus necessarijs ad vitã sufficiẽter largitis practice iustus ad iustitie opus multis indiget. Indiget enim hostibus contra quos fortis sit: armatura: equis: adiutoribus. Similr̃ autẽ multis indiget aliorũ vnusquisqꝫ sm virtutẽ moralẽ operans. Sapiẽs aũt in speculatione sm seipsum solus existẽs potest speculari: ꝛ facultatẽ habet perfectam. Et quãto vtiqꝫ sapiẽtior est sm seipsũ solus existẽs melius potest speculari. Quia tunc nec doctore indiget nec directore: eo ꝙ sm seipsum pfectus sit. Et ꝙ̃uis forte melius sit cooperatores habere qui vel necessaria vite procurent vel ad speculationem excitent: tamẽ ꝑ se sufficiẽtissimus est ad speculationẽ. Sicut enim diximus rerũ veritates presto sunt ꝛ intellectus speculatiuus ad nutũ. Hoc enĩ ꝛ Oratius dicit. Sic mihi frugis copia aium ipse parabo. Peripathetici autẽ dicũt ꝛ Stoici. ꝙ felicitati cõuenit ꝑ se diligibilem esse ꝛ ꝓpter se: eo ꝙ est vltimũ ꝛ finale bonũ. Hoc aũt videtᷓ soli cõuenire speculationi. A speculatione enĩ nihil intẽditur obtineri nisi ipsa speculatio. Ab operationibus aũt semper aliquid vel plus vel minus acquirere intẽdimus etiam preter ipsam virtutis actionẽ. Omnis enĩ virtutes morales in se pfecte eligibiles sint: tamẽ relate ad felicitatem ciuilẽ ꝓpter aliud sunt: vt. s. felicitas operetur ꝑ eas. Similr̃ ꝛ ipsa ciuilis felicitas pfecta quidẽ est in seipsa: relata tamẽ ad ciues ipsos ad beatitudinem ciuium ordinatᷓ: vt vnusquisqꝫ sibi ipsi redditus intẽdere possit sapiẽtie. Sola igitur operatio sapiẽtie simplr̃ propter seipsam est. Propter seipsã ergo sola eligibilis est.

Oratius

Felicitas in vacatione.

Adhuc aũt Epicuri vacationẽ attribuerũt felicitati. Vacationẽ autẽ diffinierunt absolutionẽ esse a curis ꝛ laboribus. Et sm hoc videtᷓ ꝙ hec cõtemplatiua felicitas sola, vel maxime in vacatione sit. Cum enim nõ vacamus multis curis multa prouidẽtes ꝛ elaborãtes ad hoc non vacamus vt postea vacare possimus. Et cũ bellamus ad hoc bellamus vt postea pacẽ ducamus ꝛ in pace viuamus. Pax aũt quedam vacatio est. Est enim pax tranquillitas ab impugnantibus. Si aũt attendamus practicas polyticaꝝ siue vrbanitatum virtutes que tanto nobiliores sunt ꝙ̃ monastice: quanto ciuitas vel regimen vtilius est ꝙ̃ vita priuate persone. Virtutes has ꝑcipuas duas inuenimus que omni vrbanitati cõueniunt siue sit regnũ: siue sit ꝑ modum regni: siue ꝑ modum aristocratie: siue ꝑ modũ tymocratie. Virtutes autẽ he sunt polytica ꝛ bellica. Polytica qdẽ ciues optime disponens in operationibus officijs ꝑmijs ꝛ penis. Bellica aũt optime

C

Hec sunt virtutes ol' vrbanitati cõuenientes.

hostes repellẽs. Operationes aũt que sunt circa hec perspicue videntᷓ non vacantes esse. Bellice quidẽ virtutes ꝛ si pfecte sint in omni apparatu non sunt vacantes: ita ꝙ nulli nisi bello intẽdant. Nullus enim eligit bellare eius qḋ est bellare gratia: nec eligit preparare bellum ꝓpter bellare. Si enim talis aliquis esset cõtra omnes bellaret ꝛ semper. Talis aũt videtᷓ occisor quidam violẽtus esse qui ꝛ amicos oppugnaret: nihil aliud intẽdens nisi vt pugne ꝛ occisiones fierẽt. Bellica igitur virtus sine cura ꝛ labore nõ est: semper sollicita quẽ impugnet ꝛ quẽ non. ꝛ quãdo: ꝛ quãdo nõ ꝛ qua de causa. Polytica aũt similr̃ non vacans est. Si enim exceptamus etiã cõuersari ciuiliter qḋ procurat polyticus vnicuiqꝫ ciuium sm suũ modum: tamẽ sollicitus est polyticus acquirere potentatus in subiectione terraꝝ, ꝛ acquirere honores ꝛ titulis ꝛ laudibus ꝛ si forte habet hec: tñ sollicitus est magis acquirere hec ꝛ ampliare: ꝛ sollicitus erit felicitatem siue ciuilem siue cõtemplatiuã acquirere sibi ꝛ ciuibus que felicitas altera est a polytica operatione: sicut finis alteꝝ quid est ab eo qḋ est ad finẽ. Talẽ enim felicitatẽ querimus operatione polytice virtutis: ꝛ ꝑ ipsam inquisitionẽ manifestũ est ꝙ altera est ab operatione polytice virtutis. Sic igitur operationes virtutũ polytice ꝛ bellice pulchritudine ꝛ magnitudine precellunt operationes virtutum monasticarũ que sunt quatuor cardinales, quẽadmodum paulo ante dictum est: ꝛ he non vacantes sunt: sed finẽ aliquem appetunt ꝛ eliguntur ꝓpter seipsas. Ecõtra autẽ intellectus speculatiui operatio ab hac differre videtur studiositate ꝛ preciositate: ita ꝙ preter suum opus nullum vlteriorẽ appetunt finẽ. Adhuc autẽ si speculatio ꝓpriã ꝛ ꝑfectam videtᷓ habere delectationẽ: que in quã delectatio coauget operationẽ ipsius ꝛ cõfirmat. ¶ Adhuc aũt si speculatio ꝑ se sufficiens vtiqꝫ inuenitur ꝛ ꝑ se vacatiua ꝛ illaboriosa in quãtũ hec homini cõuenire possunt: demũ si omnia habet que beato attribuuntᷓ ab antiquis: ita ꝙ cõueniunt sm operationẽ speculationis. Sequitur ꝙ pfecta felicitas hominis sit sm operationes speculationis hoc solo addito, ꝙ longitudinem vite accipiat. Horaria enĩ speculatio beatum non facit nihil enim ĩperfectũ attribuendum est felicitati: ꝓpter qḋ perfectum sm totã vite durationem opꝫ attribuere felicitati.

¶ Capl'm 3m. Qr talis vita ꝑciosissima est ꝛ nobilissima.

Talis aũt vita que sm operationes speculationis est, melior est ꝙ̃ vita hominis. Hominis autẽ dico vitã que sm hominis est operationes. Homo enim duo homines est sm intellectum. s. sm quem deo connexus est (vt dicit Hermes trimegistus) nihil brutale habẽs in seipso: ꝛ sm rõnẽ inquisitam: sm quã tẽpori ꝛ continuo cõiunctus est: sm quã quidẽ etiã homo est excellens bestias. Scḋm autẽ candẽ nihil nisi humanum habet viuere igitur sm intellectum speculatiuum supra homines est. ¶ Scḋm enim illum intellectũ non viuit sm qḋ humo est: sed viuit sm qḋ aliquid diuinum in ipso est. Et quanto differt tale viuere a viuere compositi quod cõtinuo ꝛ tempori cõmixtum est: tanto differt etiam operatio que sm sapientiam ꝛ intellectũ est a viuere illo quod sm aliam virtutem est. Hec autẽ virtus est prudentia in ratione electa cõsistens ꝛ circa particularia negocians. Si ergo intellectus quoddam diuinum est: quãdo cõparatur ad hominẽ. Sequitur etiã ꝙ intellectus vita diuina sit comparata ad vitam humanã. Oportet aũt in talibus nõ intẽdere suasionibus Theoghindis ꝛ Salonis qui suadẽt humana debere sapere eũ qui homo est: ꝛ mortalẽ debere sapere ea que mortaliũ

A

Hermes

Moralibus semp expedit aliquid imortale facere.

sunt. Hec enim suasio auertit a perfectissimo. Quinimo omni mortali cōtingit ⁊ expedit imortale aliquid facere de seipso: ⁊ conuenit homini omnia sua facere ⁊ referre ad illud viuere quod conuenit ei ſm optimum quod est in ipso. Hoc autem sicut sepe ante diximus est ſm intellectum adeptum quem adipiscitur in seipso molem corporis excedens ⁊ subijciens: q̄uis enim ille intellectus mole quidez quāti paruus ⁊ indiuisibilis sit ⁊ nullam hn̄s magnitudinē: tamen potentie valore ⁊ preciositate nobilitatis censies milies superexcellit omnia que in homine sunt. Et hic quidem intellectus totus homo est. Uidetur enim vnumquodqz esse hoc quod in ipso excellentius ⁊ melius est. Si enim hoc est principale ⁊ principans: sequit̄ ꝙ ⁊ melius sit: sicut polyticus in ciuitate principās ⁊ formans est. Et si quis viderit virgines matronas viros officia personas formatas ad rectum in omnibus cōsiderabit polyticum qui ſm virtutem polyticam que in ipso est omnibus talem impressit formam rectitudinis. Et simil'r intellectus qui in homine excellentissimuz est. Omnes anime particulas ⁊ corporis ad se format: ſm congruam vniuscuiusqz distributionez: sicut sepius iam ante dixisse nos meminimus. Est ergo talis intellectus homini proprius ſm naturam. Si eniz queram ab aliquo qd sit ſm esse hominis non dicat ꝙ substātia sit nec ꝙ substantia animata sit: nec ꝙ viuum sit: nec ꝙ sensibile sit: sz dicet ꝙ intellectuale sit. In omnibus eniz preter vltimū non est homo nisi in potentia: per vltimū autez hominis accipit esse in actu ſm ꝙ homo est. Propriuz igitur hominis est ꝙ ⁊ conuertibile est intellectuale esse ⁊ intellectuale viuere. Incōueniens igitur ⁊ cōtra nām est: si aliquis non suiipsius vitam eligat propriam: sed eligit alicuius alterius vitam viui. s. tm̄: vel sentientis. s. tm̄: quod ⁊ in primo libro dictum est: sed etiam nunc dicere ꝯgruit quia sepe dicēdum est. Quidam enim sunt vitam pecudum eligentes. Unicuiqz enim propriuz est id quod ſm naturam est optimuz ⁊ vltimum: ⁊ hoc etiam ſm naturā vnicuiqz est delectabilissimuz. Homini ergo optimuz ⁊ delectabilissimum est vita ſm intellectum speculatiua. hec enim maxime est homo. Talis igitur homo felicissimus est pma ⁊ dignissima felicitate. Secūdario autez ⁊ ille felix est qui ſm aliam virtutem que rationis inquisitiue vltimum est: habet perfectas operationes: hec autē virtus moralis est sicut in primo huius scientie libro determinatum est: ſm hanc enim sunt operationes humane. Quecunqz enim adinuicē agimus in cōmutationibus ⁊ necessitatibus ⁊ omnimodis actionibus cōmunitatum iusta sunt: vel fortiora vel temperata. His eniz in passionibus cōioris audacie cōcupiscētie cupiditatis: ⁊ omnibus alijs passionibus operantes ꝯseruamus quod decet vnicuiqz cum quo cōuiuimus. Omnia autem hec humana esse videntur: expressa intātum ꝙ quedam horum ab

Uita speculatiua est homini optimum.

B

ipsa corporis cōplexione accidere videntur. Quidā eniz mansueti: quidam enim fortes: alij autem temperati: non nulli iusti multi ⁊ verecundi ab ipsa corporis videntur esse natura: que omnia ostendunt ꝙ moris virtus circa passiones est ⁊ humana ⁊ his appropriatur. Simil'r aūt ⁊ prudentia que q̄uis intellectualis virtus sit: nō tamen est intellectus virtus ſm scientificū ipsius: sed potius ſm opinatiuū qđ est in ipso. Propter qđ morali virtuti cōiugata est: ⁊ moralis virtus cōiugata est prudentie: sicut in 6° huius scientie libro ostēsum est. Principia enī q̄bus electionē rectificat prudētia omnes ſm morales virtutes accepta sunt. Dictū enim est in precedentibus ꝙ moralis virtus finem ostēdit: principia autē prima finales causas sunt. Omnis enī apparitio finis vt dicit Socra-

Socrates

tes exhibita est qui in modū nature tendendo in ꝓpriū finem demonstrat. Rectum autē quod est in moralibus virtutibus in recta electione cōtendētium ad finē a prudentia est. Et sicut ea que sunt ad finē: ita prudentia coniugata est moralibus: ⁊ morales coniugate sunt prudētie. Hec autē omnia in 6° perfecte ostēsa sunt. Morales aūt virtutes quibus copulata est prudētia omnes circa passiones sunt: passiones aūt compositi sunt. Compositi aūt virtutes humane sūt. Uita ergo que ſm has virtutes est ⁊ felicitas que ſm has virtutes perfecta operatio est humana quedam sunt. Uita autē ⁊ operatio intellectus speculatiui a passionibus ⁊ composito separata est. Nec cōuenit homini vt dicit Hermes trimegistus nisi ſm maximam auersionez intellectus a corpore. Talis igit̄ operatio ⁊ felicitas non humana sed diuina est: tm̄ enim de ista felicitate ſm istius sciētie ꝓprietatē dici potest. Certitudinal'r enim determinare de ipsa maioris ⁊ altioris sciētie est q̄ꝫ sit ista que nūc nobis in ꝓposito est. Dicitur autē ab Epycuris nullo exterioꝝ indigens esse felicitas: ⁊ hoc maxime contemplatiue conuenit felicitati. Uidet̄ enim ista exterioꝝ largitione valde in paruum indigere ⁊ multo minus que ciuilis felicitas. Necessarijs quidem enim sine quibus nō est vite animalis sustētatio ambobus ex equali opus est felici. s. ciuiliter ⁊ felici cōtemplatiue. Ciuis enī magis laboret polyticus labore corporis ⁊ labore alioꝝ quecūqz corporalia sunt: ⁊ ꝓpter hoc maiori indigeat cibo q̄ꝫ felix cōtemplatiue tamē tam paruū est hoc qđ nō facit differētiam de qua sit curandū. Sed si vtreqz referatur ad opationes q̄ꝫ ad indigētiam exterioꝝ magnam habebunt differētiam. Liberali quidem eniz opus est multis pecunijs ad agere liberalia: liberalitate autē non potest carere polytice felix. Similr autē ⁊ iusto opus est pecunijs ad restitutionem ⁊ redditionez siue ex debito reddat siue ex amicabili cōmunicatione. Et si dicas ꝙ voluntas in talibus pro facto computatur. Hoc apud deos esse potest: apud homines autē non est. Uirtutes enim morales in cōmunicatione hominū: ordināt humanā vitam. Uoluntates aūt sine operibus nō sunt manifeste hominibus nec creditur eis apud homines: eo ꝙ multi etiam non iusti simulant se voluntatē habere ad iusta agere. Nec potest distinguere homo inter simulantez ⁊ vere iustum nisi ꝑ omnia opera exteriora. Simil'r aūt ⁊ forti exterioruz opus est: sicut equis ⁊ armis ⁊ apparatu copioso que faciāt ipsuz potentem ⁊ valentem ad opera fortis: si ꝑficere debeat aliquid eorum que sunt ſm veritatem fortis. Eodez modo ⁊ se habet in temperato ꝙ idiget exterioribus que potestatē sibi tribuant vt possit perficere tēperata. Qualiter enim potest esse manifestus proximo cum quo cōuiuit vel iste tēperatus vel alioruz virtuosoꝝ aliquis nisi ſm opera exteriora. Propter qđ querit̄ quid principalius sit in more electio volūtatis interior vel actiōes exteriores. Questionis autem ratio est ꝙ virtus moralis in vtroqz consistit. Cuius questionis solutio est ꝙ perfectum moralis virtutis in istis ambobus cōsistit: ad actiones autē exteriores multis opus est. Et quanto aliqui maiores sunt ſm virtutem polyticam meliores: tanto pluribus indigent: pluribus enim indiget dux q̄ꝫ miles: ⁊ pluribus indiget iudex q̄ꝫ simplex ciuis. Speculanti autē ſm intellectum nullo taliuz opus est ad operationē. Sed etiam si dicere liceat superabundantia exterioꝝ impedimētuz afferre ad speculationem: eo ꝙ ab intētione speculationis reuocat animum. Propter qđ Plato dicit̄ de sinu proiecisse aurum cuz nauigaret Achademia dicens: ꝙ melius erat ꝑdere aurum q̄ꝫ animum. Felix autez ciuiliter ſm ꝙ homo est

Hermes

Felicitas cōtemplatiua nō indiget exterioribus.

Uoluntas non reputatur pro facto.

C

Questio

Responsio

⁊ pluribus

⁊ pluribus conuiuit ⁊ eligit ea agere que ſm virtutē moralem ſunt: opus habebit exterioribus que neceſſaria ſūt ad humaniter cum hominibus conuerſari.

Capitulum 4m. De felicitate perfecta intellectus ſpeculatiui.

A

PErfecta autem felicitas operatio intellectus ſpeculatiui eſt. Que autem ſit ratio perfectionis ex his que nunc dicentur apparebit. Suſpicamur eniꝫ ⁊ hec ſuſpitio ab antiquo ab hominibus tolli non potuit deos beatos ⁊ felices eſſe. Deos autem dicimus intellectus diuinos motores celeſtium: bonitates. ſ. luminibus intellectualibus inferioribus influentes. Si autem felices dicimus cum omnis felicitas in actione quadam ſit: debitūꝫ eſt nobis quaſdam actiones attribuere dijs. Omnis autem actio que per intellectum eſt de tribus vna eſt: aut enim eſt actio virtutis moralis: aut facto artis: aut ſpeculatio intellectus cōtēplatiui pfecti ⁊ adepti: videamus ergo ſi eis poſſint attribui actiones virtutis moralis. Dicemus ne eos iuſtos ab operationibus iuſtitie ciuilis: ſi enim hoc dicamus ridiculi apparebunt ⁊ deriſibiles omnes dij. Tunc enim erūt cōmutantes res ad cōmunitatem pertinentes: vel per proportionem medietatis arithmetice vendendo ⁊ emendo ⁊ mutuando: vel ſm pportionem medietatis geometrice vniuiqꝫ ꝙ dignum eſt tribuendo ⁊ laudibus ⁊ pmijs ⁊ penis: ⁊ erunt reddentes depoſita ⁊ quecunqꝫ alia talia ſm iuſtitiam fiunt obſeruantes. Et ſi propoꝛtio iſta non ſeruetur erunt litigantes ⁊ ad inuicem recurrentes: quēadmodum homines: que omnia ridiculoſa ſunt. Similr ſi attribuimus eis fortitudinis opera: ſequitur ꝙ erunt ſuſtinentes terribilia in bellis ⁊ periclitātes ſe vulneribus ⁊ ictibus ppter bonum ciuile vel rem publicam que eſt inter eos. Adhuc autem ſi attribuimus eis liberalitatis opera in quibus bona fortune dantur. Queramus tunc cui dabunt talia bona. Non enim dabunt orbē quē mouent vel partem orbis: ſed oportet ꝙ dent aliquod numiſma: vel qđ numiſmate menſuratur quo inter ſe vtantur vel aliquod tale qđ ſimile eſt numiſmati: ſed hoc valde ridiculoſuꝫ eſt. Si autem dicimus eſſe in operibus tēperantie tunc non erunt dij: ⁊ queramus quid tunc erunt quod paſſionibus ſubiaceat. Si eniꝫ ita deos laudamus ꝙ dicimus non continentes quidem eſſe: eo ꝙ prauas concupiſcentias non habent: temperatos autem quia naturales habent paſſiones moderatas valde oneroſa ⁊ probroſa laus erit ad hominum paſſiones deos referentes. Sic autem in omnibus apparet tranſeuntibus omnia que virtutum ſunt moralium. Omnia enim talia circa actiones deorum ponere praua ⁊ indigna ſunt dijs. Eodem autem modo etiam eſt de prudentia que ſicut dictum eſt coniugata eſt moralibus virtutibus: ⁊ ſi Plato exemplares virtutes dicat eſſe in dijs: cōſtat ꝙ equiuoce dicentur ad virtutes humanas. Iuſtitia enim exemplaris ſm Platonem fontale principium eſt omnem iuſtitiam profundens. Eodem modo eſt fortitudo exemplaris ⁊ temperantia: ⁊ de talibus hic non loquimur nos: profundemus enim iuſtitiam non opus iuſtitie ciuilis. Cum ergo ſuſpicentur deos viuere. Uiuere autem vt vigilia non ſit niſi in operari de neceſſitate ſequitur deos operari. Oportet enim ꝙ dicantur non dormire: quemadmodum endymyona: hoc eſt clauſus interius intellectus. Accuſatiuus enim grecus eſt endymyona: ⁊ dicitur ab en ꝙ eſt in: ⁊ dymyon quod eſt intellectus: ⁊ endymyona ſunt interius clauſe intelligentie ⁊ ligate. Somnus enim deorum non poteſt eſſe ligamentum ſenſuum: quia ſenſus non habent: erit ergo ligamētum intellectuum ꝙ valde ridiculum eſt dicere in dijs. Si ergo tale agere auferatur a virtute cum omnis virtus moralis actiuum quoddam principiuꝫ ſit: auferatur operatio virtutis moralis ab ipſis. Factio autem artis eſt ⁊ ſi facere attribuitur eis opꝫ ꝙ vt textores vel fabri ſint vel aliquam aliam factionē artis mechanice exerceant: qđ omnino abſurduꝫ eſt. Agere ſic ⁊ facere ablato: de genere operationis nihil relinquitur niſi ſpeculatio. Speculatio igitur ſm intellectuꝫ attribuitur dijs, etiā ppter qđ operatio dei qui perfectione beatitudinis differens eſt a noſtra relinquitur ꝙ ſit ſpeculatiua: ⁊ vlterius accipitur ꝙ ſit inter humanas operationes que diuine operationi cognatiſſima eſt ⁊ ſimillima eſt feliciſſima. Speculatio autem per intellectum adeptuꝫ ſimillima eſt. Hec ergo feliciſſima eſt. Signū autem huius eſt ꝙ omnia animalia reliqua ab homine bruta: eo ꝙ tali operatione perfecte priuata ſunt: nullo modo participant felicitatē. Quis enim epycurus dicat bruta participare felicitatem quādo cōmode ſm naturam viuunt ⁊ voluptuoſe: eo ꝙ Epycurus voluptatē felicitatē dicit eſſe: tamen hec felicitas non eſt niſi p metaphoram dicta. Similr etiam Stoyci veteres vſqꝫ ad Platonē felicia dicebāt bruta quā verno tempore optimis ſm naturā gaudent. Cuius ſignum eſſe dicebant in muſicis: tunc enim tota die cantant, ⁊ cantando pprias perficiunt operationes. Que ſi in triſtitia eſſent pro certo a talibus refugerent. hoc tamē non eſt niſi metaphorice dictuꝫ. Propter qđ ⁊ Plato Stoicorum precipuus in hoc ꝯſentire noluit: ſed poſuit felicitatem eſſe in operatione intellectus. Deorū ergo pfectiſſima eſt felicitas. Dijs enim omnis vita ⁊ tota beata eſt: qꝛ ſpeculatores ſunt ſuiipſorum: ⁊ ſpeculationi nihil interponunt. Hominibus autēꝫ tm̄ felicitatis cōperit quantū ſimilitudo talis ſpeculationis hominibus exiſtit. Aliorum aūt animalium brutorum nulluꝫ felix eſt: eo ꝙ nequaꝙ̄ cōmunicant tali ſpeculationi. Inquantuꝫ enim protendit ⁊ extēdit ſe ſpeculatio in vita. ſ. annue, vel multorum annorum: intāni etiā felicitas participat a vita. Et quibus magis exiſtit ſpeculari limpidius ibi vel dulcius: illis etiaꝫ magis exiſtit felices eſſe: non quidē ſm accidens: vt. ſ. ppter aliqđ aliud felices ſint qđ coaccidit ſpeculationi: ſicut dixerūt ⁊ Epycurus ⁊ Stoicus. Sꝫ felices exiſtit eis eſſe ſm ipſaꝫ ſpeculationem ad nihil aliud relatam. Speculatio eniꝫ ſm ſeipſaꝫ honorabiliſſimorum ⁊ precioſiſſimorum eſt. Stoicus autēꝫ dixit ꝙ ſpeculatio beatitudinis non eſt p ſe: ſed inquantū pducit ad virtutem. Epycurus vero ꝙ inquantum perducit ad cōmoduꝫ ⁊ voluptatem. Nos autē dicimus ꝙ p ſeipſam felicitas eſt ꝙ quidem ⁊ Plato ſolus inter Stoicos dixit. Erit ergo quedā ſpeculatio felicitas. Speculatio enī adepti intellectus ⁊ pfecti optimi felicitas eſt.

Actio intellectualis.

B

Plato

Endymyona quid.

Speculatio eſt eorum operatio.

Epycurus

Stoici

Plato

Epycurus

Plato

Capitulum 5m. Inquantū indiget exterioribus felicitas cōtemplatiua.

A

OPus autem erit huic felicitati ſi perfecta eſſe debeat etiam proſperitati exteriori: eo ꝙ felix homo eſt: ⁊ humanis indiget. Hominis eniꝫ natura non eſt per ſe ſufficiēs ſine exterioribus ad ſpeculari. Oportet enim corpus ſanum eſſe ⁊ cibum competentem ad eſſe: ⁊ oportet exiſtere etiam reliquum famulatum in veſte ⁊ domo ⁊ lectulo ⁊ alijs ſine quibus homo in bono ſtatu non eſt: ⁊ quibus ſi indigeat a ſpecu-

latione retrahitur. Quis autem dicamus ꝙ non contingit aliquem sine exterioribus bonis beatum esse in opere: non tamen propter hoc estimandum est ꝙ multis et magnis et superfluis indigeat homo ad hoc ꝙ futurus sit felix. Per se enim sufficientem esse non est in superabundantia multorum et magnorum: neque iudicium rectum est ꝙ iudicetur felicitas in superabundantia: neque actio propria hominis perficitur ex abundantia exteriorum, quinimo ex talibus potius impeditur. Eos qui non sunt principes terre et maris possibile est ex sufficienti facultate agere bona felicitatis. Si enim moderate habeat exteriora ad necessitatem sufficientia aliquis potestatem et facultatem habet satis agere secundum virtutem: hoc autem est videre manifeste in exemplis. Si enim considerentur differentie hominum inuenitur ꝙ frequenter idiote, siue simplices nullo prediti potentatu, non minus agunt studiosa et felicia quam potentes: sublimibus potentatibus prediti. Quinimo magis agunt: quia frequenter potentes curis eorum que habent pro cura retrahuntur. Sufficiens est igitur tanta existere exteriorum quanta necessitati et bone habitudini sufficiunt. In hanc enim sententiam precipui Stoicorum et Epycureorum concordant.

Solon — Solon enim precipuus, felices enuntiauit esse qui moderate in exterioribus bonis fortune ditati sunt. In hoc proculdubio benedicens. Tales enim nec existimabat sine impedimento esse agentes optima: et sunt viuentes: temperate secundum omnis virtutis moderamen. Contingit enim eos qui moderatam habent possessionem sine impedimento agere que oportet secundum virtutem. Similiter

B

Anaxago. — etiam et Anaxagoras Epycureorum princeps videtur non existimare felicem esse prediuitem neque prepotentem. Dixit enim de se ꝙ non admirabitur si multitudini communi appareat inconueniens. Inconuenientem enim eum dixerunt multi: quia non festinauit ditari et in potentatibus exaltari. Quare autem non admirabitur subinduxit causam dicens: ꝙ multitudo communis non iudicat felicem nisi in his que sunt exteriora et fortune bona. Tales enim alia bona non cognoscunt. Interiora enim bona communis plebs ignorat vilis et indocta existens: cum tamen in interioribus precipue sit felicitas. Opiniones ergo tam Stoicorum quam Epycureorum sapientum rationibus hic a nobis inductis concordare videntur. Opiniones vero tales circa moralia fidem quandam habent. Uerum enim in operabilibus ex vita et operibus iudicatur potius quam ex sermonibus. Uita enim dominans est et non sermo: eo ꝙ omnia moralia de quibus predictum est intendere nos oportet inferendo ea ad vitam et opera: et quando opera concordant sermonibus sermones acceptandi sunt. Quando autem dissonant tunc sunt tanquam sermones inarticulari: qui usque ad auditum quidem suscipiendi sunt: sed dimittendi ut in aera dissoluantur.

¶ Capitulum sextum. Quod speculatiuus felix deo amantissimus est.

Ex omnibus autem inductis patet ꝙ secundum intellectum perfectum operans: et hunc curans et depurans et dispositus optime secundum optimam intellectus virtutem consequenter etiam deo amantissimus videtur esse. Si enim sicut ab antiquo dictum est. A dys quedam fit cura et prouidentia humanorum operum: quemadmodum omnibus semper visum est, rationabiliter sequitur ꝙ dy maxime gaudent optimo: et illud maxime amant: hoc enim cognatissimum est dys. Naturale enim est dys et omnibus maxime cognata magis amare. Jam autem ostensum est ꝙ maxime cognatum est deo intellectus et speculatio per intellectum: ex quo sequitur ꝙ maxime diligant hoc et honorent. Si autem hoc maxime diligunt: tunc etiam maxime honorant: et sic premys maxime amici sunt: et de talibus maxime curant. Maxime ergo beneficiant bene et recte operantes secundum intellectum. Quod autem omnia hec sapienti maxime conueniant: non immanifestum est ex preinductis. Sapiens igitur in opere sapientie speculatiue deo amantissimus est: et ideo cognatissimus. Conueniens est igitur eundem et felicissimum esse. Sapiens igitur maxime felix est.

Sapiens est deo amantissimus.

Questio — ¶ Sunt tamen qui querunt que melior sit felicitas actiua vel contemplatiua: eo ꝙ contemplatiua nulli prodest nisi sibi. Actiua autem multis prodest et multos dirigit et apud multos: econtra autem contemplatiua simillima deo est: et nullam penitudinem habet admixtam. Actiua autem tota humana est nihil ad deos habens similitudinis et multas habet penitudines. Multos enim premiat polyticus quos vellet non premiasse: et multos punit quos vellet non puniuisse. Multas etiam habet curas et sollicitudines tam de euentibus futuris quam de procuratione necessariorum: eo ꝙ maximam fortunam querit in exterioribus bonis. In multis enim necesse est ꝙ fortune se committat polyticus: quorum nihil immiscetur felicitati contemplatiue.

Responsio — Hec autem et multa huiusmodi similia soluenda sunt per id quod dictum est in nono huius scientie libro. ꝙ scilicet actiones nostre quandoque addunt in necessario: quandoque in bono: patet autem cuilibet ea que inducta sunt legenti ꝙ operatio felicitatis contemplatiue multo magis addit in bono. Operatio autem felicitatis actiue addit in necessario. Sic ergo dicit Aristoteles in primo philosophie prime: ꝙ particulares quidem scientie omnes magis sunt necessarie: potior autem quam nulla prima philosophia sit et magis necessaria actiua: sed potior contemplatiua secundum boni et honesti rationem.

¶ Tractatus tertius decimi libri ethicorum: de insufficientia istius operis ad faciendum bonos sine legis positiuo.

¶ Capitulum primum. Quod persuasiuus sermo insufficiens sit cum legis coactione.

Queramus autem post hec utrum de his que de felicitatibus dicta sunt et virtutibus tam moralibus quam intellectualibus. Adhuc autem de his que de amicitia et de his que de delectatione typice a nobis pertractatis sufficienter sit dictum vel non. Si enim sufficienter dictum est: tunc

A

existimandum est propositum finem in hoc libro habere. A principio enim elegimus de his tractare. Si autem non sufficienter dictum est: eo ꝙ in operabilibus finis non est singula speculari et cognoscere: sed magis finis est operari ipsa: et habere principium operatiuum talium. Tunc enim oportet aliam inuenire doctrinam: eo ꝙ de virtute scire quid nihil sufficit: sed oportet habere virtutem: et tentandum est vel virtute in opere, vel aggredi aliquid aliter quam per opera. Unde boni fiamus quemadmodum Socrates virtutes dixit esse dona deorum:

⁊ si verum est quod dicit, oportet tentare acquirere virtutes per supplicationes ⁊ orationes ⁊ sacrificia. Causa autem questionis huius est ꝙ problema ethicum non est de his que propter se scire volumus: sed scire querimus ibi propter operari: ⁊ ideo scire vel parum vel nihil prodest operari autem multum. Ex laudibus autem virtutum ⁊ descriptionibus: non habetur nisi sermo persuasiuus ad virtutem: persuasio autem non est efficax principium ad opus: quia multi peruersi difficile corriguntur. Stultorum enim infinitus numerus est qui persuasiones non attendunt: propter quod sine coactiuo sermone efficax principium ad opus non est persuasio. Siquidem igitur sermones persuasiui a nobis inducti per se hoc est sine aliis sufficientes essent: ad hoc ꝙ facerent studiosos esse qui audiunt eos: tunc multa mercede digni essent illi qui tradunt ⁊ docent tales sermones: ⁊ magnas deberent iuste recipere mercedes secundum

Theogines

ꝙ dicit Theogines poeta. Non enim sufficienter posset remunerari qui hominem posset solo sermone bonum perficere: ⁊ si mundus daretur in remunerationem non satis esset. Nunc autem sermones tales prouocare videntur: ⁊ prouocando non videntur etiam omnes prouocare. Sed quos inueniunt liberas a passionibus animas habentes ⁊ aptitudinem ad morem nobilem: ⁊ qui ex natura amant bonum: sicut illi quos dicimus esse optime indolis. In talibus enim plenitudinem siue completionem vniuersalem boni faciunt ex virtute quam persuadent. Cathachocbymum enim grece completem perfectionem vocant. Sicut aliquis dicitur cathachocbymus sapientia qui plenus est sapientia ⁊ perfectus: ⁊ aliquis cathachocbymus virtute plenus virtute ⁊ perfectus: ita tales bone indolis existentes ex persuasiuo sermone plenitudinem ⁊ perfectionem virtutis accipient. Eo ꝙ tales ex propria voluntate ⁊ electione ad virtutem inclinati sunt: communis autem multitudo talibus sermonibus ad bonitatem prouocari non potest: eo ꝙ tales in passionibus nati ⁊ nutriti ex natura indolis aptitudinem non habent obedire verecundie: que est timor in turpi acto. Non enim verecundantur ad turpia nisi timore penarum: nec recedunt a prauis operibus ⁊ delectationibus propter hoc ꝙ turpes sunt: sed si recedunt a talibus hoc fit propter penas quas timent: vel in flagellis vel membrorum detruncationibus, vel mortibus, vel forte damnis rerum. In passionibus enim viuere propterea consueti delectationes prosequuntur secundum quemlibet habitum vitiorum: per quas delectationes etiam passiones ipse fiunt ⁊ confortantur in eis. Fugiunt etiam tristitias his delectationibus appositas que sunt in absentia talium delectationum. Eius autem quod vere bonum est ⁊ quod vere delectabile est, nullum penitus habent intellectum affectiuum ⁊ practicum: eo ꝙ talis boni ⁊ delectabilis non sunt gustatiui per experimentum. Eos autem qui tales sunt quis vnquam sermo persuasiuus transformaret ad fugam turpium ⁊ perfectionem honestorum bonorum? Que enim ex antiqua consuetudine comprehensa sunt ⁊ radicata: vel non possibile, vel non facile sermone est persuasiuo in oppositum transmutare. Non possibile quidem in obstinatis: non facile autem in aliter consuetis. Et forte satis amabile erit ⁊ acceptandum: si etiam virtutem accipiamus vel accipere valeamus ex omnibus nobis ad nutum existentibus ⁊ paratis per que aliqui epyeykees siue superboni posse fieri videntur. Virtus enim sicut sepe dictum est est

Cathachocbymus quid significat.

B

circa difficile ⁊ bonum: ⁊ ideo per multa oportet studere ad virtutem. Si enim ab antiquis accipiamus ea per que ipsi existimant aliquos fieri bonos maxime a dictis Socratis, tria inuenimus. Dicunt enim ꝙ quidam natura quidem fiunt boni: quibus scilicet tantum a diis datum est ꝙ virtutum habitus ⁊ electiones cum ipsa natura acceperunt. Quidam autem seminaria in natura habentes consuetudine boni fiunt ⁊ perficiuntur. Alii autem his plus habentes de inclinatione ad virtutem sola doctrina persuasiui sermonis adipiscuntur quod volunt. Principium igitur boni quod est natura manifestum est ꝙ non in nostra voluntate consistit: sed inest in generatione per aliquam diuinam causam, vel que deus est, vel circulus celestis natiuitatem informans: ⁊ est in his qui vere beneformati: hoc est bonam fortunam que naturalis potentia est ad bonum ex diis vel periodo natiuitatis acceperunt: ⁊ tales sunt de quibus dixit Hesyodus: ꝙ optimi sunt qui per seipsos boni sunt. Rursum autem boni ꝙ tales in animo accipiunt: quos audiant ⁊ imitentur. Illi enim seminaria boni in seipsis habentes facile doctrinam suscipiunt ⁊ consuetudines imitantur. Qui autem nec per se boni nec in animo: tales ponunt inutiles viri sunt: quos flagellis ⁊ punitionibus oportet cohibere. Sermo enim persuasiuus ⁊ doctrina aliquando non potest in omnibus perficere beatitudinem virtutis: sed oportet ante bonis consuetudinibus ⁊ bonis legibus animam auditoris esse preparatam ⁊ dispositam ad hoc ꝙ bene ⁊ in bonis gaudeat ⁊ bene ⁊ mala odio habeat. Sicut oportet terram preparatam esse aratione ⁊ firmatione ad hoc ꝙ nutriat semen seminatum ipsa ad frugum incrementa: tunc enim semen iactum optime ⁊ vtiliter suscipit: ⁊ tunc etiam anima taliter preparata conuenienter suscipit sermonem persuasiuum. Qui enim secundum passionem viuit, nec auditu recipiet, neque intellectu practico sufficienter intelliget sermonem persuasiuum commonentem se quatenus conuertatur a prauis. Qui autem hoc habet in habitu radicato qualiter possibile esset persuaderi ipsi aliquid de virtute? quia passio non videtur totaliter sermoni persuasiuo obedire: sed potius violentie penarum. Hec autem patent per ea que dicta sunt de incontinente. Qui quamuis interius persuasus sit: tamen turpes prosequitur delectationes. Ad hoc ergo ꝙ aliquis persuaderi possit procuildubio oportet preexistere consuetudinis morem aliqualiter: qui mos proprius sit virtutis: ⁊ qui per se diligat bonum virtutis: ⁊ aspernetur turpe vitiorum. Talis autem mos non est nisi sit optimis legibus ordinatus in tali ciuitate: ⁊ inter tales ciues inter quos iuuenes optime informati sunt ⁊ dispositi. Difficile enim valde est recta sortiri ad virtutem educatione siue nutritione ex iuuene nisi ipse iuuenis ex talibus optimis legibus enutritus ⁊ manuductus sit ad virtutem. Huius autem causa est: quia temperate viuere: ⁊ in his perseuerare multitudini communi non est delectabile: ⁊ maxime iuuenibus qui toti in passionibus bulliunt. Similiter autem est de omni moderamine virtutis. Omnis virtus circa difficile ⁊ bonum est. Propter quod enutritionem ⁊ adinuentione iuuenum oportet ordinatas esse legibus optimis. Si enim hec a iuuentute consuetudinaria facta sint, non erunt tristantia: ⁊ ideo persuasio ad ipsa facile recipietur. Nec hoc dicimus ꝙ talis nutritio ⁊ cura ad sortiendum rectam secundum virtutem sufficiat si iuuenibus fiat: quinimmo

Socrates

Hesyodus

Auditoris animam oportet preparare legibus bonis.

C

Leges semper sunt necessarie.

etiam cum qui factus est vir adinuentiones suas ⁊ assuefactiones referre oportet ⁊ ordinare ad legum obseruationes. Indigebimus ergo legibus etiam circa hec que ad viros pertinent ⁊ non tm̄ ad hec: sed circa omnem vitam vsq3 in senectam ⁊ senium legum indigemus informatione. Multitudo enim cōmunis magis obedit necessitati coactionis q̄3 sermoni persuasiuo: ⁊ magis obedit iacture ⁊ damno quod timet pati in rebus q̄3 amori boni ⁊ honesti qd̄ nec intelligit nec gustauit. Propter qd̄ quidam legispositores inter alios perfectiores existimāt ꝙ oportet sepe aduocare ⁊ prouocare ad virtutem boni gratia: eo ꝙ his qui epyeykees sunt siue boni sicut dispositis optime precedentibus consuetudinibus vtile sit vt facile obedientibus sermonibus persuasiuis: inobedientibus autem ⁊ obstinatis qui vitiata naturali consuetudine degeneres sunt ad bonū: oportet etiam penas ⁊ punitiones apponere. Penas autem dico disciplinales: ⁊ quasi paternas castigatiuas vitiorū. Si autem aliqui insanabiles sunt ⁊ penitus obstinati qui nec flagellis castigantur: illos de ciuitate oportet exterminare: vel ad exilium vel ad supplicium mortis damnare. Cuius dicti ratio est ꝙ epyeykees ⁊ ad bonum viuentes facile sermoni obediunt: praui autem ⁊ carnales delectationes appetentes sermoni non obediunt: ⁊ ideo illos tristitia oportet puniri: quemadmodum subiugalem bouem vel asinum. Propter qd̄ ⁊ dicunt ꝙ talibus tales tristitie inferende sunt que maxime contrariātur delectationibus quas amant.

Incorrigibiles a ciuitatibus sunt proijciendi.

¶ Capl'm 2m. Qualiter legibus quis disponatur ad bonum.

A

SI igitur hec sic se habent quemadmodum dictum est. Oportet eum qui futurus bonus est primum bene nutriri ⁊ assuefieri s'm leges: ⁊ deinde s'm enutritionem viuere in adinuentionibus studiosis: ita ꝙ nunq̄3 agat praua volens ⁊ nolens. Ignorans enim volens agit. Enutritus autem in bonis bonorum ignorantiam habere non potest: hec autem pro certo fiunt ⁊ proueniunt si enutriantur ⁊ viuant s'm quendam intellectum practicum ⁊ legalem: ⁊ viuant s'm rectum ordinem qui fortitudinem violentie habeat ⁊ cogentem ad bonum. Talis autem ordo non est paternus: paterna enim preceptio non habet fortitudinem ⁊ violentiam cogentem. Talis etiam non est aliqua amicabilis ammonitio vel redargutio. Et vniuersaliter loquendo: quecunq3 ammonitio est vnius viri non publice persone: ⁊ que non est sicut rex in ciuitate: vel sicut alia persona publica: vel alicuius alterius talis: sicut est prefectus vel pretor: vel alius rei publice consulens: non habet virtutem coactiuam: nec sufficiens est ad inducendum ad bonum. Lex autem que preceptum est principis coactiuam habet potentiam: eo ꝙ auctoritatem accipiens a principe sermo est edictus ab aliqua prudentia ⁊ intellectu humanorum: ex quo homines ad bonum diriguntur. Nati sunt enim communiter homines odire ⁊ aspernari castigationes: contrariantes motibus suis ab hominibus priuatis in eruditione propositos: q̄uis forte ratione fiat talis castigatio. Obijciunt enim ꝙ ex inuidia factum sit / vel ex odio. Lex autem nulli onerosa est: quia nullum specialiter tangit quando precipit epyeykea siue bona: ⁊ talis quidem ordinatio legū valde necessaria est: q̄uis a multis ⁊ in multis ciuitatibus neglecta sit. In sola

Lex h3 potentiā coactiuā.

enim lacedemoniorum ciuitate ⁊ valde paucis alijs legispositor curam ferre videtur quales enutritiones: ⁊ quales artium ⁊ exercitiorum adinuentiones in ciuitate debeant esse. In pluribus autem ciuitatibus neglectū est de talibus aliquid dicere vel ordinare: ⁊ viuit vnusquisq3 vt vult: ita ꝙ Cyclopes prout scribit Themysthe non ordinem sequuntur puerorum ⁊ vxorum. Pueros enim dimittunt viuere vt volunt ⁊ vxores similiter.

B

¶ Ex omnibus igitur inductis patet ꝙ optimū est cōmunis vite cura recta habeatur: ⁊ qualiter omnes cōmuniter recta possint operari. Tales autē cōmunē curam negligentibus contingit ꝙ vnusquisq3 prout sibi videtur eligit. Hoc autem videtur ad virtutem conferre suis filijs ⁊ suis amicis: ⁊ hoc imperfectum est ad rem publicā ciuitatis. Si ergo aliquis fiat legispositus in ciuitate ex cōmuni ciuium electione ⁊ consensu: ille maxime habet posse ad cōmunem curam reipublice. Sicut patet ex p̄dictis. Manifestum enim est ꝙ cōmunes cure per leges fiunt. Cure autem epyeykees siue bone sunt que sunt per leges studiosas: siue autem ille scripte sint vel non scripte nihil videtur differre ad presens. Edictum enim principis consuetudine seruatum scripte legis habet vigorē: nec ad presens differt siue ille leges sint per quas vnus tm̄ vel plures erudiantur ad rectum: quemadmodum neq3 differt hoc in musica operatiua: neq3 differt in exercitatiua arte: neq3 differt in alijs rudimentis artium mechanicarum. Leges enim cōmunia respiciunt ⁊ non singularia: ⁊ ideo cōmunitati dantur ⁊ non singularibus personis. Quemadmodum enim in ciuitatibus potestatē habent legalia scripta: vel more consuetudinis approbata: sic ⁊ in domibus potestatem habent paterni sermones ⁊ mores paterni consuetudine firmati: ⁊ adhuc magis vigoris habent q̄3 illi qui sunt in ciuitatibus ꝑpter cognationem quā habent domestici ad patrem: ⁊ propter beneficia que recipiunt ab illo. Propter hoc domestici pre diligentes existunt: qui propter nature inclinationem facile obediunt.

Cura bona

Edictū h3 vim legis.

C

¶ Adhuc autem considerandum est ꝙ disciplinę ⁊ eruditiones cōmunium quidem sunt: sed tamē in obseruatione differūt s'm vnumquodq3. Cuius exemplum est in medicinali disciplina. Cuius precepta cōmunium sunt. Sicut autem vniuersal'r quidem ꝙ febricitanti ex putrido humore confert abstinētia ⁊ quies. Si aūt s'm vnūquodq3 accipiatur singulariter forte aliquis inuenitur cui non competet. Simil'r est videre in arte pugillatoria que precepta cōmunia dat: ⁊ tamen s'm vnūquodq3 non omnibus eandem in singulari circomponit pugnam. Est ergo vtrunq3 necessarium ꝙ ⁊ commune sciat: ⁊ singulariter adaptet s'm vniuscuiusq3 proprietatem. Si enim cura facta sit s'm vniuscuiusq3 proprietatem certius ⁊ rectius agere videbitur. Magis enim hoc modo conueniente sibi potitur vnusquisq3. Sed optime curabit medicus s'm ꝙ medicus: ⁊ optime operabitur exercitatiuus s'm ꝙ exercitans: ⁊ omnis alius artifex practicus si vniuersale sit sciens. verbi gratia. Si sciat quoniam hoc omnibus vel talibus congruit: sicut si scamonea vniuersaliter choleram purgat. Scientie enim omnes ⁊ dicuntur ⁊ sunt communis esse principij: ⁊ hoc non solum sciat: sed ⁊ circa hoc experimentum aduertat hoc quod est vnius alicuius in singulari proprium: tunc enim ⁊ rationem habebit ⁊ opus: ⁊ forte nihil prohibet aliquando aliquem bene curare ⁊ ratione aliquam infirmitatem ꝑpter experiētiam: q̄uis non scit communia artis principia. Consideratur enim

Curatrus d3 duo dic.

diligenter accidentia in vnoquoqꝫ: ⁊ ex his ꝓcedit opus quemadmodum quidam suipsorũ optimi esse medici videntur: cum tamen nulli alteri sufficere possint ad curationem vel consiliũ: hoc autẽ contingit: quia suipsoꝝ nouerunt accidentia ⁊ artem cõmunis principij non habent: ⁊ q̃uis illi sine arte curent: aliquando tamen nõ ꝓpter hoc vnus eundem videtur esse ad notitiam vniuersalis: nec minus cognoscendum est hic qualiter hoc contingat. Si aliquis artifex etiaꝫ speculatiuus fieri debeat ⁊ sui operis sciens rõnem. Dictũ est enim sepius quoniã scientie circa cõmunia principia sunt: ⁊ propter hoc tentandum est ꝙ aliquis ꝑ cognitionem legum legis positiuus fiat: q̃uis non velit nec intendat per curã officij meliores facere ciues/siue multos siue paucos. Non eni tm̃ polytico qui gubernat ⁊ curam habet ciuium ad legis positam studendum est: sed etiam simplici vnicuiqꝫ ciui si supponamus ꝙ ꝑ leges boni fiamus. Non eni cuiuscũqꝫ est discernere quam legem ꝓpositam bene disponi contingit: sed siquidem hoc alicuius est illius est qui sciẽtiaꝫ habet positionis legis. Quemadmodũ in medicinali vel equestri vel reliquis artibus: quarũ est aliqua cura vel prouidentia de rebus ad se pertinentibus nõ est iudicare de rebus illis cuiuscunqꝫ: sed eius qui habet artem ⁊ scientiam.

¶ Capitulũ 3m. De scientia legis positiua tradenda est eo ꝙ ab alijs est neglecta.

Igitur post omnia que de virtutibus dicta sunt intendendum est vnde siue a quibus principijs polyticarũ: vel qualiter aliquis legis positiuus fiat. Queramus autẽ vtrum hoc cõtingere possit quemadmodũ in alijs artibus a polytica differentibus. Legis positiua enim particula quedam videtur esse polytice: vel si forte non est simile in polytica ⁊ reliquis sciẽtijs ⁊ potentijs. Sciẽtias autem dicimus habitus intellectiuos stantes ad vnum. Potẽtias autẽ habitus intellectuales trementes inter ꝯtradictoria vel contraria: quẽadmodum iam dudũ in primo huius sciẽtie libro determinatũ est. Hanc autẽ questionẽ fieri oportet: ideo quia in alijs artibus a polytica ⁊ legis positiua idem videtur qui potentias ipsas vel scientias tradunt per doctrinam ⁊ operantur ab ipsis ⁊ opera exhibẽt: ⁊ talia ꝑficere possunt: puta medici qui principia curationum tradunt ⁊ sanitates perficere possunt. Et scriptores siue pictores qui principia scribendi vel pingendi ex arte tradũt ⁊ scripturas bene ⁊ imagines perficere possunt. Polytica autem repromittunt quidam sophistice dicere: cum tamen nullus eorũ per doctrinam suam aliquid polyticoꝝ possit agere. Et ecõtra cõuersantes ciuiliter in operibus qui potentia quadam facultatis ad opera agere videbantur polytica: ⁊ hec faciunt magis experientia q̃ mente siue intellectu principiorũ non repromittunt hec docere: q̃uis possint hoc agere. Tales enim sophiste neqꝫ scribentes neqꝫ dicentes inueniũt de talibus. Cuius melius erat eis de talibus scribere q̃ colligere in vnũ sermones iudicatiuos vel cõcionatiuos. Adhuc autẽ illi ꝑ tales sermones collectos nullos faciunt polyticos: nec etiaꝫ ꝓprios filios vel aliquos alios amicorũ suoꝝ: cum tamẽ rationabile esset ꝙ talibus facerẽt: si ex sua facultate facere possent. Nunq̃ eniꝫ melius aliquid possint ciuitatibus relinquere: neqꝫ sibiipsis vnq̃ aliquid melius eligere: neqꝫ suis amicissimis aliquid melius acquirere q̃ esset talis potẽtia per quaꝫ perfecte legis positi efficerent. Legis enim positiuus est que recta sunt ⁊ legalia cognoscẽs ⁊ potens implere in opere. Et q̃uis hoc dicamus nõ tamẽ paruũ videt̃ experientia cõferre: imo multum. Si enim nihil cõferret profecto polytica per polyticã cõsuetudinẽ non efficerent̃ magis polytici: ꝓpter qđ etiam desiderãtibus scire de polyticis experiẽtia videt̃ opus esse. Sophistas autẽ hic vocamus non qui decipiunt locis sophisticis: sꝫ ab imitatione sophistaꝝ copiose ab apparente sapiẽtia qui seipsos vocant polyticos cum nesciant que sit ars polytica aut legis positiua: ⁊ repromittũt docere polytica: cum artis ⁊ virtutis polytice penitus sint expertes: quales autem sunt qui iudicata ab imperatoribus ⁊ pretoribus colligunt: ⁊ ex his ciuilia se docere presumũt. Simile aliquid facientes his qui sutoria se docere promittunt: demonstratis multis formis calcioꝝ ⁊ nullius principia per rõnem noscentes. Oportet enim sutoriam cognoscere coria ⁊ corioꝝ incisiones ⁊ vnctiones ⁊ multa alia que non sunt de formis calciorũ. Hi quoqꝫ qui ꝓmittunt ea que sophistaꝝ sunt valde longe vident̃ esse a docere posse. Docens enim adiungit causaꝫ que doctrine sue est principiũ. Isti autẽ vniuersal'r neqꝫ sciunt q̃le qđ legis positiue: neqꝫ circa qualia est. Sꝫ potius iudicata multa colligunt: ⁊ soli iudicatiue potẽtie intẽdentes se dirigere putant omnia polytica negocia: neqꝫ quid sit polytica sciẽtes: nec quot sint genera polyteyaꝝ/vel genera vel spẽs vel diẽ: vt quis finis: neqꝫ que electio ad finẽ cõtingentium: que si scirent pro certo non ponerent polyticaꝫ esse eandem sciẽtiam cum rhetorica: neqꝫ dicerent polyticã rhetorica esse deteriorem: eo ꝙ dicebant polyticam rhetorice esse subalternatam. Hec enim dicta fuerunt cõmuniter omniũ antiquoꝝ iudicata colligentiũ: sicut factũ est in Instituta ⁊ Pandecta ⁊ oĩbus libris q legales vocantur. Omnes enim isti ꝓpter hoc ꝙ rhetor diuidit genera causaꝝ ꝑ demõstratiuũ ⁊ deliberatiuũ: sicut pars polytice que dicit̃ iudicatiua polyticam dicebãt esse sub rhetorica: nõ intelligẽtes ꝙ genera causaꝝ assumit sicut ea in quibus frequentius ⁊ vtilius est dicendi phĩa: ⁊ nõ sit subiecta ꝓpria. Iudicatiua autẽ que pars polytice est hoc vt subiecta ꝓpria determinat. Adhuc autẽ si polyticoꝝ perfectam haberẽt sciẽtiam ex his que colligerunt non existimarent facile esse leges ponere: siue legispositiuam scientiam acquirere. Dicunt enim ꝙ legispositiua acquiritur ꝯgreganti leges approbatas per scientiaꝝ principum. Dicunt eniꝫ ꝙ legispositiua est eligere leges optimas auctoritate principum sancitas. Hec enim non est idem cum legis positiua: quemadmodum idem non est ꝙ aliquis electiuus sit intellectuum vel conceptionũ principum cum eo qui potest iudicare recte ſm singula ꝙ quidem maximũ est: eo ꝙ maximum incursum ad discretiones causarũ/⁊ ꝙ multi non possunt qui multos cõceptus legum cõgregauerunt. Queadmodum in his que sunt ſm musicam operationeꝫ experti: quidem circa singula recta iudicant opa musice ⁊ intelligunt optime que oportet esse circa ea ꝑ que vel qual'r perficiuntur musica: ⁊ qualia quilibet concordant. In expertis autem artem tamen vniuersalium habentibus satis amabile est: ⁊ sufficit non latere eos vtrum bene vel male fiat opus. Quemadmodum in arte scribendi artem habenti vtrũ bona vel mala scriptura sit: q̃uis nesciant per que particularia hoc vel illud dirigatur ad rectum. Leges enim polyticis operibus assimilãtur: eo ꝙ forma legis cõmunis ad particulare refertur. His autem ⁊ legislator assimilatur qui totum mentis conceptum refert ad opera. De autem fiat legis positiuus ⁊ nõ aliter: ex hoc apparet ꝙ in alijs scientijs operatiuis non aliter possunt esse per-

Experientia multũ ꝯfert.

Sophista quis dicatur.

Polytica nõ est eadem cũ rhetorica.

Leges assimilantur operibus polyticis

A B C

fecti. Medicatiui enim perfecti fieri non possunt cõscriptionibus principioꝝ medicabilium: quis tales conscriptiones habentes temptent ⁊ laborent dicere non solum modos curationum: sed etiam qualiter sanentur ⁊ qualiter singuli curentur: ⁊ qualiter diuiduntur habitus egritudinum. Hec autem in vniuersali sic scire expertis quidẽ valde vtilia essent: nescientibus autem per experientiaꝫ ea que in vniuersali didicerunt inutilia sunt ad curationem. Sic igitur forte legum ⁊ polytearuꝫ congregationes ⁊ cõscriptiones valde quidem vtilia erunt his qui per experientiam possunt speculari ⁊ iudicare que bene habẽt in singulis ⁊ que cõtraria ⁊ qualia quelibet congruũt ſm singula. His autem qui sine habitu artis per solam experientiam talia pertranseunt non ꝯtingit bene medicare: nisi forte ſm aliquem casum singularem in quo experti sunt ⁊ non vniuersaliter. Rationes enim operis sui non nouerũt. Et adhuc ipsa singularia. s. diiudicanda ex arte que dicitur legis positiua forte fiẽt intelligibiliores. Utilinum ergo est tradere artem legis positiuam. Relinquentibus igitur omnibus prioribus phis: ⁊ non perscrutantibus id quod de legis positione est perscrutandum: oportet tamen eos intendere quia hoc est melius ad doctrinam vt in totum perficiat̃ philosophia que circa humana est. Oportet totaliter intendere de polyteya: ⁊ non tm̃ de parte que iudicatiua vel cõcionatiua est. Hoc aũt intendentes primo pertransire tentabimus quecũqꝫ ſm aliquaꝫ partem bene a progenitoribus nostris dicta sũt. Deinde speculari oportet omnia quecumqꝫ ex congregatis polytijs ſm genera vrbanitatum saluant vel corrumpunt ciuitates: ⁊ qualia saluant vel corrumpunt singularum polytiaruꝫ: ⁊ ꝑpter quas causas quedam autem cõtrario modo se habent. Considerantes enim his diligenter magis ⁊ subtilius: cõspiciemus etiaꝫ qualis polytia optima sit: ⁊ qualiter vnaquequꝫ ordinari debeat: ⁊ quibus legibus ⁊ quibus ꝯsuetudinibus sit vtendum. Ad hoc igit̃ facientes principium dicamus incipientes.

Sciẽtia vniuersalibus sine experiẽtia est inutilis.

Utile est tradere arteꝫ legis positiuaꝫ

¶ Explicit liber cõmentarioꝝ venerabilis domini Alberti Magni in Ethicaꝫ Aristotelis per fratrem Joannem Romberch Kyrspensem de ꝯuentu Coloniensi multis laboribus ⁊ diligentia quantum vires suppetebant correctus ⁊ emendatus. ¶ Arte autẽ ⁊ impẽsis heredum quondã nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis ac patritij Modoetiensis ac sociorum. Venetijs impressus Anno post incarnatã sobolem diuinã vigesimo quinquies centesimo supra millenum. Die ꝟo vltima Augusti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F. Jo. Romberch Corrector ad lectorẽ.

¶ Habes cãdidissime lector hinc opus clarissimum ex multis tenebraꝝ latebris nunc primitus erutum: ex obscurissimo exẽplari multis laboribus in lucem editũ: ex incorrectissimo quãtũ vires nostre diuinari poterãt (nullo Apollinis potite oraculo) correctissimũ. Si que tamen vel nostra insufficiẽtia vel calcographorũ incuria vel erratu mende intercurrerunt: has pietati innixus ad polytiores Archytypos castigato Deo optimo atqꝫ Alberto gratias agens. Et pro frugibus si quas a nobis percepisti: apud fontẽ claritatis eterne lumen intelligẽtie nobis expostula.

Registrum

a b c d e f g h i k l m n o p.

o p. Terni: Ceteri alij quaterni.

4-13. E. 12